# CARMINI FIMIANI ... COMMENTARIOLUS DE SUBFEUDIS EX...

Carmine Fimiani, Marianna De_Marinis

Digitized by Google

- 173

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XXI
A
4
NAPOLI

XL. K.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# CARMINI FIMIANI

IN REG. NEAP. ARCHIGYMNASIO PRIMAR. ANTECESSOR.

## COMMENTARIOLVS

# DE SVBFEVDIS

## EX IVRE LONGOBARDICO ET NEAPOLITANO

*IN DVAS PARTES TRIBVTVS.*

Adnectitur Catalogus Baronum Regni Neapolitani ſub Gulielmo II. Rege conditus pro expeditione ad Terram Sanctam, adnotationibus paſſim inſtructus, quo ſolida iuris feudalis patrii principia confirmantur, deteguntur, illuſtrantur.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

NEAPOLI MDCCLXXXVII.

EX TYPOGRAPHIA SIMONIANA.

*Superioribus annuentibus.*

Digitized by Google

Digitized by Google

## COMMENTARIOLVS

# DE SVBFEVDIS

## EX IVRE LONGOBARDICO, ET NEAPOLITANO.

### ANTELOQVIVM.

Quae hactenus *de feudis* ex inſtituto ediſſerta ſunt, ea mutila & manca iure videri poterunt, niſi ſtatim *de ſubfeudis* ſeu ſecundariis feudis pertractatio, quae quidem ſedulum poſtulat interpretem, adnectatur. Etenim nulla fere in toto Occidente gleba eſt, quae, infracta alodii libertate, tam feudali, quam ſubfeudali nexui ſubiecta non ſit. Inde uſque a primis feudorum natalibus duces, comites, marchiones, aliique viri principes, de provinciis, territoriis, & oppidis, quibus fuerant inveſtiti, ſubvaſſallos conſtituere ſibi conſueverunt, ut & magno illorum globo circumdarentur, & melius commodiuſque militaria ſer-

vitia domino directo exhiberent. Nec laici tantum vaſſalli, ſed & epiſcopi, abbates, aliique eccleſiaſtici viri ſubinfeudatione valvaſinos ſibi quaeſiverunt, ut iis ſtipati in hoſtem domini pergerent, illumque proſtrarent. Ita vaſſallorum & ſubvaſſallorum ſervitia exercitus regii fortitudinem ac ſplendorem ſuſtinebant, & rempublicam pacis tempore conſervabant: quod innumeris ex barbarica antiquitate petitis exemplis conficere integrum cuique eſt. Nimirum feudorum & ſubfeudorum cauſſa eſt principis & reipublicae ſalus atque dignitas. Barones clientelares reditus, regi & reipublicae ſacros, non luxu & inutilibus ornamentis perdebant, ſed iis arma comparabant, equos, & homines militaris diſciplinae gnaros ſecum habebant alebantque pro regis ſervitio, regni robore, gentis gloria, familiaeque ſuae decore. Apud nos etiam duces, comites, aliique vaſſalli cum laici, tum clerici iam inde a Nortmannorum temporibus, qui primi in has regiones feuda intulerunt, territoria & caſtra feudorum ſuorum aliis iure ſubfeudi dabant, ut ſubvaſſallis ſtipati in bellum proficiſcerentur, & rex defenſores haberet etiam eos, qui ſubfeudalibus oneribus obligabantur. Porro multa de ſubfeudis in iure Longobardico paſſim cum ipſis feudis permixta, & nullo adhibito ordine rerumque delectu diſtracta, occurrunt; ita ut dubias & difficiles quaeſtiones diſcutiendi, variaſque interpretum non modo ab aliis, ſed a ſeipſis ſaepe diſſentientium opiniones, ad iuris principia revocandi campus cuique pateat latiſſimus. Pauca vero iure patrio de ſubfeudis cauta ſunt, adeo

ut

Digitized by Google

ut materia haec inter diſcrepantes doctorum ſententias mire fluctuet, iuſque Longobardicum plerumque ſequi neceſſe ſit. Noſtrum itaque erit utrumque ius, in duas partes tributum, nunc perſequi; quarum prima Longobardicum, altera Neapolitanum de ſubfeudis ius exhibebit.

# PARS PRIOR,

## De ſubfeudis ex iure Longobardico.

### CAP. I.

#### *De origine ſubfeudi.*

§. I. VI utilis dominii, per feudi inveſtituram quaeſiti, licet vaſſallo ſubinfeudare, ideſt feudum ſuum alteri concedere, inconſulto domino. Vera enim ſubinfeudatio non eſt prohibitae alienationis ſpecies, quum vaſſallus adhuc retineat utile dominium, quod directum quodammodo evadit ratione valvaſini, atque domino directo deſervire cogatur. Quin ſubinfeudatio in ipſius domini commodum utilitatemque cedit; quippe vaſſallus in domini periculis uſurus eſt opera valvaſini, qui ut ille opem ferre domino tenetur. Nec aliud dicendum de ſubvaſſallo idem feudum alteri concedente, deque aliis deinceps. Nihil itaque aut dominio directo concedentis, aut utili primi vaſ-

 ſalli

Digitized by Google

ſalli ſubinfeudando detrahitur. Nec vero plures eiuſdem rei in ſolidum domini videri queunt, quum plura hic occurrant dominii tam directi, quam utilis genera. Si civile ius eiuſdem rei dotalis dominos eſſe patitur coniuges, alterum nempe dominium *bonitarium*, alterum *quiritarium* habere (1); cur plura in eodem feudo dominii diverſi genera conſtitui nequeunt?

§. II. Revera ſubinfeudatio omni tempore permiſſa eſt (*a*). In iure feudali tres occurrunt vaſ-

(1) *L. 30. D. de iur. dot.*

(a) Inde uſque a primis beneficiorum cunabulis vaſſallos ſubinfeudare ſolitos ſcribunt nonnulli. Iac. Car. Spenerus *de originib. feud. iur. ad conſuetud. referend.* §.XV. *not.p.* Germanos duces & comites, imperantibus Merovidis, ſubfeuda diſtribuiſſe colligit ex Annalibus Reuberianis ad an. 788. quibus refertur, Carolum M. *in generali populi ſui conventu Taſſilonem ducem* ( Baioariorum ) *ſicut & ceteros vaſſos ſuos adeſſe iuſſiſſe*. Heic vocem *vaſſi* denotare *vaſſallum* adfirmat: & porro *vaſſos ſuos* ad Taſſilonem, non ad regem ſpectare, liquet ex communi ſcriptorum uſu vocabuli *ſuus*. Adhaec in monumentis Francis & Germanis crebra *vaſſorum* & *vaſſallorum ducis*, *comitis*, *epiſcoporum*, *abbatum*, & *abbatiſſarum* mentio iniicitur. Sic lex Aleman. *t.* 36. *c.* 1. memorat *vaſſum ducis*, *aut comitis*. Carolus M. *in Capit. II. an.* 812. *c.* 7. apud Baluz. T. 1. p. 495.: *De vaſſallis dominicis*, inquit, *qui adhuc intra caſam*, hoc eſt aulam, *ſerviunt*, *& tamen beneficia habere noſcuntur*, *ſtatutum eſt*, *ut quicumque ex eis cum domino Imperatore domi remanſerint*, *vaſſallos ſuos caſatos non retineant*. Ergo *vaſſi dominici* habebant ſub ſe *vaſſallos caſatos*, ſeu qui beneficio ad certum ſervitium conceſſo fruebantur, veluti comitari dominum, domi miniſtrare, ac ſimilia. Vid. Dufreſne *in Gloſſar. v. caſare*. Carolus Calvus *in Capit. an.* 869. recenſet *vaſſallos epiſcoporum*, *abbatum & abbatiſſarum*, *atque comitum & vaſſorum noſtrorum*. At argumenta de *vaſſis*, *vaſſallis*, ut & *fide-*

Digitized by Google

vaſſallorum ſpecies. Prima *capitaneorum*, hoc eſt ducum, & comitum. Secunda *valvaſorum*, qui ducum & comitum ſubvaſſalli ſunt. Tertia *valvaſinorum*, qui a valvaſoribus beneficia tenent (2). Et ſane, quum libera alienandi poteſtas vaſſallo competebat, patet multo magis competiiſſe



*fidelibus*, *leodibus*, *beneficiis*, *bonis regio munere* hauſta ad ſeudorum ac ſubſeudorum origines demonſtrandas, imbellia ſunt, ſi ſola in medium proferantur; iis enim vocabulis veteres ſcriptores promiſcue uſi ſunt, nec vaſſallos & feuda tantum, ſed frequenter ſubditos, ſervos, & bona plene donata deſignarunt. Sane Franci & Germani quos in exercendis officiis adhibuerunt miniſtros, *vaſſos*, ſeu *vaſſallos*, ideſt famulos, adpellarunt. Sola ad munus obeundum ſuſcepta obligatio *vaſſum* efficiebat; nec ad conſtituendum vaſſallum requirebatur *beneficii* conceſſio, etſi vaſſallis plerumque beneficia data ſint. Conſueverunt nobiles & ingenui inter Francos ambire regum officia ſive *militaria*, ſive *palatina*, ſive *civilia*. Nec a generis nobilitate alienum putabatur, etiam apud proceres & nobiles munera ſuſcipere; iſtis vero glorioſum magna vaſſallorum caterva circumdari. Cuiuſcumque *officii* nomine nobiles ac ingenui regi, vel ducibus, comitibus, marchionibus, praelatis, aliiſque generis nobilitate illuſtribus fidem obligabant, eius intuitu horum *vaſſalli* fiebant, & *beneficiorum*, quibus fruebantur, participes. Itaque alii vaſſalli *militari* officio, alii in aula *palatino*, alii in adminiſtrandis territoriis & provinciis officio *praefectoriali*, alii aliis procerum ad militiam & ſplendorem domeſticum pertinentibus muniis fungebantur. Quot vero vaſſallorum, tot etiam beneficiorum genera fuere, tam officiorum, pro quibus praeſtabantur, quam dominorum ratione, ex quorum largitate proveniebant, diverſa. Hinc beneficia diſtincta in *militaria*, *palatina*, *praefectorialia*, item in *immediata*, quae & regalia & principis beneficia dicuntur, ac *mediata*. Eiuſmodi veterum Francorum *beneficia* multis nominibus differebant ab iis, quae poſt ſaeculum decimum *feuda* vocata ſunt, ut in *hiſt. iur. feud. part.* 1. *cap.* 4. §. 8. demonſtravimus.

(2) *I. F.* 1. *in fin.*, *I. F.* 14., *& II. F.* 10.

ius ſubinfeudandi: nam qui alienat, id agit, ut ius ſuum omne in alium transferat; qui ſubinfeudat, non prorſus dimittit. Poſtquam vero imperiales Lotharii II. & Friderici I. conſtitutiones latae ſunt, feudi quidem alienatio, non vera & ſincera ſubinfeudatio, interdicta eſt. Diſerte Feudiſta (3) ſcribit, poſſe feudum feudo dari, modo nihil in fraudem fiat, earumdem nempe conſtitutionum: *Per feudum tamen cuilibet dari poteſt, niſi fiat in fraudem noſtrae conſuetudinis, vel legis novae bonae memoriae Lotharii* (vel Friderici) *Imp.* Rurſus (4) vaſſallo infeudandi poteſtatem, ut olim ei licebat, adſerit: *Si vero vel totum, vel partem volebat per feudum aliquem inveſtire, hoc licebat ei ſine fraude facere. Si autem diſſentiente domino vendebat, ſive per feudum inveſtiebat* (*quod & ipſum ſincere hodie, & ſine fraude licet ei facere*) *&c.* Et alibi (5): *Similiter*, inquit, *nec vaſſallus feudum ſine voluntate domini alienabit; in feudum tamen recte dabit*. Iterum (6): *Beneficium a vaſſallo in feudum, ſi nihil in fraudem legis fiat, recte dari poteſt*. Idem confirmat Fridericus I. Imp. (7), qui poſtquam feudi alienationem prohibuit, de caſu loquitur, quo vaſſallus feudum alteri conceſſerit (b).

§.III.

(b) Apertiſſima haec iuris feudiſtici loca manifeſti erroris arguunt Hotomanum *diſp. de feudis cap.* 34. qui contendit, ſubinfeudationem olim quidem vaſſallis permiſſam, at poſtea conſtitutionibus Lotharii & Friderici ſublatam fuiſſe.

(3) *II. F.* 3. §. 1. (4) *II. F.* 9. *pr.*
(5) *II. F.* 34. §. 2. (6) *II. F.* 26. §. 5.
(7) *II. F.* 55. §. 2.

Digitized by Google

§. III. Opportune hic quaeritur, cur vaſſallus ſubinfeudare poteſt, in emphyteuſim dare non poteſt? Huius iuris rationem hanc affert Iacobus a S. Georgio (8), quod dum vaſſallus *ſubinfeudat, hoc facit ſub eadem conditione & qualitate, & ſub eodem titulo, ſub quo habet. Sed quando concedit in emphyteuſim hoc non facit ſub eodem titulo, ſed diverſo.* Nimirum ſubinfeudatio non eſt alienatio, quum vaſſallus utile dominium retineat, & domino directo adhuc ſervire teneatur, cedatque porro in maius ipſius domini commodum: contra emphyteuſis utile fundi dominium transfert, onus militiae, aliaque ſervitia feudalia non continet, & diverſa, qua feudum, lege regitur.

## C A P. II.

### *De natura ſubfeudi.*

§. I. SUbfeudum ( Gallis *retrofeudum* ) eſt *conceſſio, quam vaſſallus iure utilis dominii de feudo ſuo, bona fide eademque lege, qua ipſe accepit, alteri aeque idoneo, celebrat, tamdiu duratura, quamdiu ipſius vaſſalli ius perdurat.* Habes hic velut in tabula delineatam totam ſubfeudi naturam. Iure itaque ſuo, adeoque ſine domini venia, poteſt vaſſallus feudum totum, aut partem alteri concedere, ob utile ſcilicet dominium, quod conceſſo feudo in ſe translatum fuit. Qui ſubfeudum concedit, *ſub-*

*ſeu-*

(8) *De feudis §. ita etiam quod n. 8.*

*feudans*, *ſubinveſtiens*, *primus vaſſallus*; qui vero accipit, *ſubfeudatarius*, *ſubvaſſallus*, *ſubinveſtitus*, *ſecundus vaſſallus*, & *valvaſinus* paſſim appellatur (*a*). Habet ſubinveſtiens ratione domini directi *dominium utile*, & reſpectu ſubvaſſalli *dominium directum improprium*; in ſubvaſſallum vero tranſit dominium utile, quod *inferius* dici poteſt. Nec vaſſallo ſolum, ſed etiam ſubvaſſallo conceſſa eſt ſubinfeudatio in infinitum uſque; ita ut quam rationem habet dominus directus ad vaſſallum ſuum, eamdem hic habeat ad ſubvaſſallum, & ſic deinceps. Expreſſe Feudiſta (1) tradit, *infeudare in infinitum* licere.

§. II. Iam integrum vaſſallo eſt feudum ſive totum, ſive partem eius iure feudi alteri dare. Conceptis verbis Feudiſta (2) docet: *Si vero vel totum, vel partem volebat* (vaſſallus) *per feudum aliquem inveſtire, hoc licebat ei ſine fraude.* Nec quidquam obturbat locus *II. F.*37. ubi generatim adſeritur, ſubinfeudare neminem poſſe, *niſi maiorem partem* (feudi) *apud ſe retinuerit.* Hoc enim caput, utpote extraordinarium, tantae auctoritatis non eſt, ut feudales textus corrigat. Num vero feudum regale, uti ducatus, comitatus, in ſubfeudum dari poſſit, diſputatur. Recte Kohlius (3), Struvius (4), aliique tuen-

tur,

(a) *Subfeudare* in Charta Philippi Regis Franciae an. 1127. & *ſubfeudatarius* in Charta an. 1475. apud Calmet. *inter Probat. tom. III. Hiſt. Lothar. col.* 279.

(1) *II. F.* 35. §. 2.

(2) *II. F.* 9.

(3) *Tract. de ſubfeudis cap.* 2. *n.* 9.

(4) *In Syntagmat. iur. feudal. cap.* 12. *theſ.* 10. *n.*6.

Digitized by Google

tur, totum feudum regale, veluti ducatum ipſum ſubinfeudari non poſse, quum ea comprehendat, quae non niſi a ſummo imperante conferri poſſunt; bona tamen particularia poſse, ſi ſine notabili detrimento e. g. ducatus fiat. Ceterum ſive laicum, ſive eccleſiaſticum ſit feudum, recte ſubinfeudari poteſt iure utilis dominii, nempe ſine conſenſu praelati; namque nullus textus de ſubinfeudatione inter feudum ſaeculare & eccleſiaſticum diſtinguit, nec ullum eccleſiae praeiudicium ſubinfeudatione affertur.

§. III. Tria ad iuſtam ſubinfeudationem exiguntur. Primum, ut ſine fraude fiat. Ad rem Feudiſta (5) ſcribit: *Beneficium a vaſſallo in feudum, ſi nihil in fraudem legis fiat, recte dari poteſt*. Quare nec colore ſubinfeudationis venditio, aliave prohibita alienatio latere debet, nec ſubinfeudatio tum tandem facienda, quum vaſſallus liberos aut heredes ſe habiturum deſperet, quo caſu in fraudem domini facta cenſetur, nec ullum agnatis detrimentum afferre debet. Deinde requiritur, ut valvaſinus ſit ſervitiis militaribus praeſtandis aeque idoneus, quum is oblata occaſione & primo vaſsallo, & domino directo auxiliari debeat. Sic Feudiſta (6) memoriae prodit: *In feudum recte dabit* (vaſsallus), *ſi ſecunda perſona ſit talis, quae feudo ſervire poſſit: ut ſi dans miles eſt, & ille qui accepit feudum inveniatur miles, ad hoc feudum ſi contigerit, domino ſimiliter ſervire, ut & prior poſſit.* Hinc

(5) *II. F.* 26. §. 5.
(6) *II. F.* 34. §. 2.

Digitized by Google

Hinc caecus, claudus, aut alias imperfectus ſubinveſtiri nequit. Neceſse autem non eſt, ſubvaſsallum eſse paris conditionis ac dignitatis, qua vaſsallus pollet; ſatis enim eſt, eum ſervire poſse. Ex iure feudiſtico conſtat, capitaneos regni inferioribus dignitate valvaſoribus, atque hos rurſus valvaſinis feuda conceſſiſse.

§.IV. Tandem ſubinfeudatio iiſdem pactis & conditionibus celebranda eſt, quibus vaſsallus ipſe feudum a domino accepit. Generatim nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quam ipſe habet (7). Quod de vaſsallo veriſſime praedicatur, qui pleno rei dominio deſtitutus pro arbitrio ſubinfeudare nequit, ſed ad eum modum, quo feudum tenet, coërcita eſt ſubfeudi, quod a feudo pendet, conſtitutio. Id innuit Feudiſta (8): *Qui ſuum beneficium alii dat in feudum, non debet alia lege dare, niſi qua ipſe habeat*. Quapropter feudum maſculinum nequit alteri ſubinfeudari pro maſculis & feminis, nec ſervitia aliave onera valvaſino remitti queunt. Si vaſsallus in deſperationem filiorum feudum ei det, qui ſimiliter eſt in deſperatione filiorum, valet ſubinfeudatio; alias ſecus. Ita in praeiudicium domini, aut agnatorum ſubinfeudatio non procedit. Nihil autem dubii eſt, quin valeant conditiones domino directo profuturae (9): ut ecce, ſi feudum habens femininum, illud iure feudi maſculini ſubinfeudet. Ceterum inter omnes con-

(7) *L. 54. D. de R. I.*
(8) *Cit. t. 34. §. 2.*
(9) *Arg. l. 13. §. 4. D. de uſufr.*

Digitized by Google

convenit, ſi nulla ſubfeudo pacta ſint adiecta, iiſdem legibus conceſsum cenſeri, quibus primus vaſsallus feudum accepit.

§. V. Quaeritur, ſi vaſsallus alia lege qua accepit ſubinfeudaverit, an feudum ſtatim domino aperiatur? Gerardus, aliique veteres adfirmarunt, quos inter Ravennas. Contra alii feudum domino committi ſenſerunt, obveniente demum caſu, quo a lege feudi receditur, ſeu quum feudi conditiones in ſubvaſsallo deficiunt: quod hilarioris famae feudiſtis adridet. Profecto in ſubfeudo duo ſpectanda ſunt, ipſa ſubinfeudatio, & adiecta illicita pacta; in illa vitium nullum, ſed in hac. Quamdiu igitur iniuſtae conventionis caſus non extitit, valvaſinus poſſidet feudum vi ſubinfeudationis adhuc intra fines licitos conſiſtentis: nec ante feudo privari poteſt, quam extiterit caſus, quo feudum illicite in alium transfertur. Ita feudo maſculino iure feminini conceſso, vel ſervitiis remiſſis, tunc ſubfeudum nullum erit, & domino aperietur, cum mares defecerint, & ad feminas contra feudi legem perrepſerit, vel ſervitia praeſtita non ſint. Rem conficit Feudiſta (10), qui poſtquam feudum non alia lege, quam qua acceptum eſt, alteri dandum edixit, continuo ſubdit: *Unde quibuſdam placet, quod qui taliter dedit, eo ipſo beneficium amittit. Gerardus & alii dicunt, quod qui dedit, & cui datum eſt, beneficium perdit. Secundum alios vero tunc domino aperitur, cum maſculi defecerint.* Poſtremam hanc ſententiam pro-

(10) *Cit. II. F.* 34. §. 2. *in fin.*

probare Feudiſta videtur, diſcrepantes auctorum ſententias referens; in dubio enim benignior interpretatio aliis praeferenda eſt, praeſertim quia coniectura ſuppetit pro benigniore, quod omnium poſtrema referatur. Tandem vaſſallus ſine conſenſu domini alienans non ante feudum amittit, quam alienatione per traditionem ad effectum perducta. Locus ergo fit poenae, traditione ſecuta. In propoſito autem traditio facta eſt ratione ſubinfeudationis, quae permiſſa eſt, non ratione pacti adiecti, cuius caſus nondum extitit, proinde eo demum exiſtente feudum aperitur. Quid ſi ſubinfeudans initio eadem lege dedit, poſtea legem mutavit? Contra Baldum Alvarotus putat feudum committi, quum in apertam fraudem domini id fiat.

§. VI. Si recenſita ſubfeudi requiſita ſerventur, non vetatur vaſſallus pretium a ſubvaſſallo accipere. Non enim vaſſallus gratis concedere cogitur, quum ipſe domino obſtrictus maneat, nec, ſi accepto pretio ſubinveſtit, ullum domino praeiudicium affert. Quin domini intereſt, vaſſallum ſuum pecuniam accipere, quia quanto ditior erit, tanto poterit melius, commodiuſque ſervitia militaria praeſtare. Tantum vero abeſt, ut iure feudali ſubinfeudatio, interveniente pretio, prohibeatur, quin potius permittitur. Feudiſta (11) ſcriptum reliquit, poſſe minores valvaſores feudum minimis auferre, pretio tamen reſtituto, ſi quod acceperint: *Si minores valvaſores beneficium tollere voluerint minimis*

(11) *I. F.* 16.

Digitized by Google

*mis valvaſoribus, licet eis facere... Si vero pretium de beneficio acceperint, tunc aut pretium reddant, aut beneficium dimittant.* Alibi (12) ſupponit ſubinfeudari poſſe, quamvis pretium interveniat. Nec obloquitur Fridericus I. Imp. (13): *Callidis*, inquit, *inſuper machinationibus quorumdam obviantes, qui pretio accepto, quaſi ſub colore inveſtiturae, quem ſibi licere dicunt, feudum vendunt, & in alios transferunt: ne tale figmentum, vel aliud ulterius in fraudem huius noſtrae conſtitutionis excogitetur, modis omnibus prohibemus*, tum ſtatim poenam *in venditorem & emtorem* ſubiicit. His enim verbis non prohibetur ſubinfeudatio pretio accepto ſincere facta, ſed tantum ficta & doloſa, qua praetextu ſubinfeudationis feudum vere alienatur. Imperator itaque non omnem prohibuit ſubinfeudationem, quae pretio fieret, ſed dumtaxat eam, quae in fraudem legis fieret. Idem Feudiſta (14) valere ſubinfeudationem ſcribit, niſi fraus legi fiat: *Per feudum tamen cuilibet dari poteſt, niſi fiat in fraudem noſtrae conſuetudinis, vel legis novae bonae memoriae Lotharii* (vel Friderici) *Imp. Tunc enim reſciſſa inveſtitura, reddito a te* (agnato nempe revocante) *vel ab alio, proximiori videlicet ſecundum antiquam conſuetudinem, pretio, ſi quod dederit, is qui inveſtituram accepit, compellatur rem tibi reſtituere.* Hic ſermo inſtituitur de ſubinfeudatione, in qua pecunia inter-

ter-

(12) *I. F. 7. §. ult.*
(13) *II. F. 55. verſ. callidis.*
(14) *II. F. 3. §. 1.*

tervenit, eamque valere adfirmatur, modo conſuetudini, aut legi Lotharii, vel Friderici fraus non fiat. Fraus eſt colore infeudationis vendere, itemque poſt mortem ſuam proximiores agnatos privare feudo velle. Pone inveſtituram in fraudem ita factam eſſe, ut ſuperſtite inveſtitore nocere poſſit, proximis tamen eius agnatis eo mortuo non nocebit. Quin licet proximis agnatis feudum in fraudem conceſſum revocare, pretio reſtituto ei, qui feudum ſic in fraudem accepit. At enim iniquum eſt fraudulento emtori mercedem fraudis reſtitui? Veriſimile eſt, id referendum eſſe ad eum, qui ſine mala fide ita feudum acceperit. Ceterum ex pretio fraus non colligitur, nec venditio celebratur. Probare fraudem oportet, ideſt ſpecie ſubinfeudationis venditum fuiſſe feudum, cuius fraudis ſufficiens argumentum non eſt pretii ſolutio (*b*).

## CAP. III.

### *De iuribus & officiis ſubvaſſalli.*

§. I. EA eſt natura ſubinfeudationis, ut eadem fere ratio ſit inter dominum & vaſſallum, ac inter vaſſallum & ſubvaſſallum. Hinc in concedendo ſubfeudo inveſtitura fieri, & renovari ſuo tempore, iuſiurandum fidelitatis, & ſervitia a ſubvaſſallo praeſtari debent primo vaſſallo. Inde etiam fit, ut ſubvaſſallus utile

(b) Falluntur doctores, qui fraudem praeſumi putant, ſi vaſſallus, accepto pretio, feudum ſuum alteri det.

le dominium, & omnia iura, quae vaſſallus in feudo habet, conſequatur, feudumque naturaliter poſſideat. Apud ſubinfeudantem vero remanet etiam utile dominium, quod ratione ſubfeudi *directum improprium* ſeu *inferius* dici poteſt: proinde illi iura omnia reſpectu ſubfeudi competunt, quae alias domino ratione feudi.

§.II. Quemadmodum in alienatione feudi conſenſu domini eſt opus, ita etiam in alienatione ſubfeudi. Sed cuius domini conſenſus, directione, an ſubinfeudantis, an utriuſque requiratur, non idem omnibus ſedet. Nonnulli domini immediati, ſeu ſubinfeudantis conſenſum, alii vero domini directi, a quo feudum originem habet, quidam tandem utriuſque conſenſum neceſſarium eſſe tuentur: quod poſtremum probant noſtrates Iſernia (1), Freccia (2), Afflictus (3), & ex Germanis Ictis Sonsbergius (4), aliique amplectuntur. Equidem iis adſtipulor, qui ſolius vaſſalli infeudantis conſenſum requirunt. Quum enim hic ſubfeudum ſolus concedere poſſit, ſolus quoque permittere poterit, ut in alium ſubfeudum transferatur. Ipſa igitur alienatio ſubfeudi, in ſe conſiderata, ut ſubſiſtat, vel licite fiat, non opus eſt domini ſuperioris conſenſu.

**§. III. Quum contractus inter vaſſallum & ſubvaſſallum, non inter dominum & ſubvaſſal-**

B lum

(1) *In cap.1. de prohib. feud. alienat. per Frideric. n.9.*
(2) *De ſubfeud. lib. 2. auct. 1. n. 2. & 3.*
(3) *Dec. 282. n. 6.*
(4) *De feud. part. 12. n. 91.*

lum intercedat, ſubvaſſallus fidem & ſervitia domino ſuo, ideſt vaſſallo ſubinfeudanti, non domino vaſſalli, exhibere tenetur. Non enim domini directi, ſed vaſſalli eſt vaſſallus; non ſecus ac homo hominis mei non eſt homo meus (5), nec libertus liberti meus eſt libertus (6). Quamquam vero ſubvaſſallus domini directi vaſſallus non ſit, eum tamen colere debet ac revereri, non offendere. Si offenderit (niſi id fecerit pro ſervitio domini ſui antiquioris) ſatisfacere debet; ſecus feudum ad ſubinfeudantem redibit, modo eum monuerit, ut ſatisfaciat: nam ſi non monuerit, feudum domino aperietur, quaſi a vaſſallo ſuo fuiſſet offenſus (7). Adhaec ſubvaſſallus ſervire tenetur vero domino directo, quotieſcumque nimirum id facere a domino ſuo iubeatur, quum in hoc conſiſtat utilitas domini directi, ut defenſorem habeat & vaſſallum ſuum, & per eum etiam ſubvaſſallum. Quam ob cauſſam requiritur, talem eſſe valvaſinum, ut ſervire poſſit. Atque ita accipiendus eſt Feudiſta (8), dum ait ſubinveſtiendum eſſe eum, qui *domino ſimiliter ſervire, ut & prior* (vaſſallus) *poſſit*; non autem ſubvaſſallum ſervire debere, perinde ac ſi veri domini directi vaſſallus eſſet.

CAP.

(5) *L. Modeſtinus* 106. *D. de V. S.*
(6) *L.* 5. §. 22. *D. de agnoſcend. & alend. liber.*
(7) *II. F.* 55. § 2.
(8) *II. F.* 34. §. 2.

Digitized by Google

## C A P. IV.

### *De amiſſione ſubfeudi.*

§. I. OLim capitanei regni, ideſt marchiones, & comites, deveſtiri feudo a Principe accepto non poterant ſine culpa, itemque valvaſores; at valvaſores poterant feudum auferre valvaſinis ſuis pro lubitu, ideſt etiam non habita ratione culpae, niſi valvaſinus cum domino Romam (cum qua Longobardis res ſemper fuit) in expeditionem perrexerit, aut feudum emerit, quo caſu reſtituendum eſt pretium *ſecundum antiquum, & rationabilem uſum* (1). Id tractu temporis conſuetudine immutatum eſt, & huic quoque ſubfeudo propria feudi natura tributa eſt; ita ut valvaſinus amittere ſubfeudum nequeat, niſi cauſſa cognita & probata (2).

§. II. Valvaſinus itaque vel ex perſona ſua, vel ſubinfeudantis feudo excidit. Ex propria quidem, ideſt eo ſine liberis mortuo, vel delinquente. Si is in ſubinfeudantem deliquerit, quibus cauſſis feudum, iiſdem & ſubfeudum amittitur, & ad illum revertetur (3); ſi vero dominum directum offenderit, feudum quoque amittet, & ad primum vaſſallum redibit, modo hic requiſive-



(1) *I. F.* 1. §. 4. *verſ. illud vero*, *I. F.* 7. *verſ. ſi vero*, *& I. F.* 16.
(2) *Cit. I. F.* 7. *verſ. moderni*, *II. F.* 10. §. 1. *v. ſed hodie*.
(3) *Arg. d. v. illud quoque*, & *II. F.* 55.

rit ſubvaſſallum, ut ſatisfaceret; ſecus ad dominum directum revertetur (4).

§. III. Ex perſona vero ſubinfeudantis extinguitur ſubfeudum reſoluto eius iure: quod fit aut morte, aut culpa eiuſdem. Itaque primo vaſſallo ob feloniam feudum amittente, vel ſine liberis mortuo, ſubfeudum expirat (5), & aut ad dominum revertitur, aut ad agnatos devolvitur. Sane ſubfeudum tamdiu durat, quamdiu feudum ipſum (6). Morte ſiquidem ius vaſſalli finitur, atque adeo ius ſubvaſſalli, quod a iure primi vaſſalli pendet, quum reſoluto iure dantis, etiam accipientis ſolvatur (7): nec dominus tenetur ratam habere ſubinfeudationem, quum non ſubvaſſallo, ſed vaſſallo feudum conceſſerit (8) (*a*). Agnati etiam, ſi ipſis defertur feu-

(4) *Cit. v. illud quoque.*

(5) *I. F.* 4. §. *ult.* Adde Io. Tobiam Hoeger. *diſſ. de revocabilitate ſubſeudi poſt reſolutum ius concedentis*, & Chriſtoph. Iſenbart *diſſ. de iure ſubvaſſalli in ſubfeudo, feudo aperto.*

(6) *II. F.* 83.

(7) *I. F.* 13. *II. F.* 8.

(8) *I. F.* 4. §. *ult.*

(a) Unus heic amovendus obex. Feudiſta *II. F.* 9. *pr. in fin.* tradere videtur, ſubvaſſallum, ſi domino directo ſervire paratus ſit, & feudum ab eo recognoſcere, etiam invito domino, retinere feudum poſſe: *Eo excepto*, inquit *quod ille qui ſecundo loco beneficium acceperat, non amittebat, ſi priori domino ſervire, & ab eo feudum recognoſcere volebat.* In hac veluti ſalebra interpretibus aqua haeret. Zoëſius *de feudis c.* 14. *n.* 26. id reſtringit ad caſum, quo dominus directus ſubinfeudatum ſponte ſua voluerit in feudo retinere. Sed reſtrictionem hanc reſpuunt adſcripta verba. Etenim poſt generalem definitionem de feudo ob defectum maſculorum, aut culpam ſubinfeudantis

feudum, ſervare ſubinfeudationem non coguntur, quippe qui iure ſuo vocantur, nec vaſſalli diſpoſitio ipſis nocere poteſt (9), quamvis domini conſenſus acceſſerit (10). Ex ſententia Struvii (11), dominus, aut agnatus ſubinfeudationem ratam habere tenetur (1) ſi res ſubinfeudari ſit ſolita, (2) ſi feudum ſit mere hereditarium



tis aperto, deque omni alienatione feudi propterea in irritum revocanda, ſubiungitur haec noſtra exceptio, quae ſane exceptio non erit, ſi de feudo in ſubinfeudatis tantum ex voluntate primi domini continuando intelligeretur; quum etiam alia quaecumque alienatio in perſona, cui facta eſt, ex voluntate domini rata eſſe, & novo adquirenti continuari poſſit. Io. Voet *Comment. ad Pandect. lib.* 38. *t.* 19. *in digreſs. de feudis n.* 90. tradit, extincto ſubinfeudantis iure ius quoque ſubvaſſalli ſummo iure ſolvi; at ſi primo domino ſervire, & ab eo feudum velit agnoſcere, benignitate iuris invito etiam domino feudum retinere poſſe: quodque *I. F.* 4. §. *ult.* legitur, ſubinfeudante ſine heredibus mortuo feudum reverti ad eum, a quo accepit, id intelligendum ſubdit, ſi ſubvaſſallus domino directo ſervire, feudumque ab eo recognoſcere nolit. Tandem Matthaeus Afflictus *in d.II. F.*9. Andreas Kohlius *de ſubſeud. cap. ult. n.*56. Struvius *cit. loc. n.*4. aliique deſcripta Feudiſtae verba ad ius antiquum referunt, quod erat ante prohibitam feudi alienationem. Id perbelle adſtruit tum commemoratio veteris diſciplinae, quae in feudi alienatione obſervabatur, tum ille loquendi modus *non amittebat*, *volebat*, ac vero etiam verba praecedentia *poterat olim*, quibuſcum ſequentia coniunguntur. Quare antequam omnis feudi alienatio prohiberetur, feudum manebat apud ſubvaſſallum, ſi domino directo ſervire, feudumque ab eo recognoſcere vellet. At hodie prohibitio alienationis non patitur, ut poſt peremptum ius ſubinfeudantis duret ſubinfeudatio.

(9) *II. F.* 26. §. *Titius*.

(10) *II. F.* 39.

(11) *In ſyntagm. iur. feud. cap.* 12. *theſ.* 13. *n.*6.

Digitized by Google

rium, (3) ſi dominus vaſſallo ſubinfeudanti heres extiterit; ſic enim factum eius praeſtat. Idem dicendum, ſi ab initio in ſubfeudum conſenſerit.

# PARS POSTERIOR

## De ſubfeudis ex iure Neapolitano.

### CAP. I.

### *De origine ſubfeudi in Regno Neapolitano.*

§. I. PErgimus iam ad ſubfeuda ex iure patrio. Nortmanni non feuda modo, verum etiam ſubfeuda in regiones noſtras paſſim intulerunt. In Gallia enim, unde huc advenerunt, vulgatiſſimus erat feudorum & ſubfeudorum uſus. Iure quoque in Italia tunc vigente licebat ducibus, comitibus, aliiſque feudatariis totum, vel partem feudi ſui alteri concedere: nec interdicta per Lotharium II. & Fridericum I. Auguſtos feudi alienatione, ius ſubinfeudandi vaſſallis ademtum eſt. Ante monarchiam inſtitutam, dubitandum non eſt, quin barones partem beneficiorum ſuorum iure ſubfeudi aliis dederint, & quidem ſine domini directi venia, uti Longobardicum ius patiebatur; quamvis ob temporis iniuriam exempla exciderint. Conſtituta vero ſub Rogerio I. monarchia, barones, & comites caſtra, manſos, curtes, & territoria in

in ſubfeudum dabant, ut valvaſinorum caterva ſtipati in hoſtem pro domino proficiſcerentur. Verum tunc demum ii rite ſubinfeudabant, cum Regis conſenſus interveniebat. Etenim Reges noſtri Rogerius I. (1) & Fridericus II. (2) non ſolum feudorum alienationem, ſed etiam *ſubinfeudationem* ſine venia Regis, baronibus interdixerunt. Ita receſſum eſt ab iure Longobardico, quo vaſſallis iure ſuo, ſeu dominii utilis ſubinfeudare datum eſt.

§. II. Non ante Nortmannos ſubfeuda, aeque ac feuda, apud nos prodiiſſe, illud proclive conficit, quod prima ſubvaſsallorum, qui feuda & caſtra ab ipſis vaſſallis conceſſa poſſidebant, mentio non alibi, quam apud ſcriptores Nortmannos occurrat. Alexander Teleſinus (3): *Quorum caſtellorum*, inquit, *Radulfus de Frameto* ( lege *de Fraineta*, vel *Fraineto* ) *ſub Ranulfi comitis dominio dominatus erat*. Falco Beneventanus (4) de comite Iordano refert: *Continuo ſuos omnes vocari fecit barones*. Et non multo poſt de Roberto eiuſdem comitis Iordani patruo ſcribit: *Deinde comitis Iordani fidelis, & canonicus* (a) *effectus eſt*, ob acceptum nempe ab eo Templanum caſtrum. Idem Falco (5):

 *Prae-*

(a) Hoc loco vox *canonicus* ſignificat *penſionarium*; Robertus enim *canonicus* evaſiſſe dicitur Comiti Iordano, quia annuum canonem, ſeu penſionem illi pendere ob acceptum caſtrum Templanum obligatus erat.

(1) Conſt. *ſcire volumus*.

(2) Conſt. *conſtitutionem divae memoriae*.

(3) *Lib. II de reb. geſt. Roger. Sicil. Reg. cap.* 54.

(4) *In Chronic. ad an.* 1119. (5) *Ad an.* 1134.

*Praeſatus autem comes Rainulſus baronum ſuorum nequitiam comprehendens, Regi ſe ſubmiſit*. Rurſus (*6*) meminit *baronum comitis Rogerii de Ariano*. Romualdus Salernitanus (7) memoriae prodit, Robertum Principem Capuae, qui a Rege Gulielmo I. defecerat, iam iam fugientem, a Ricardo de Aquila comite Fundorum, vaſſallo ſuo, captum fuiſſe. Robertus comes Loritelli ſub Gulielmo II. habebat *barones ſuos*, ut eſt in Chronico S. Bartholomaei de Carpineto (8). Willelmus comes Marſicanus *barones ſuos Robertum de Rocca*, *Ogerium Caſtellanum Noti*, alioſque habuit, ut in veteri Charta (*9*) legitur.

§. III. Primae de ſubfeudis perlatae a Regibus noſtris ſanctiones proſtant in libris conſtitutionum Regni. Fridericus II. (10) cavit: *Quod ſi de praedictis* (qui ſuccedere poſſunt) *nullus omnino ſuperſit in eo, quod de feudo TENET AB EO, dominus feudi ſuccedat*. Rurſus (11) edicit: *Sane ſi foroiudicatum a comite vel barone feudum habere contigerit, ipſo parentes vel liberos non habente, feudum ad eum, A QUO ipſe foroiudicatus TENEBIT, ſine contradictione aliqua, redire debere cenſemus*. Et infra: *Sed comiti vel baroni, A QUO FEUDUM TENETUR, nullum omnino volumus praeiudicium generari*. Idem Fridericus Rex (12) de-

(*6*) *Ad an.* 1137.
(7) *In Chronic. ad an.* 1154.
(8) Apud Ughell. *Ital. Sacr. lib. V.*
(*9*) Apud Pirrum *Sicil. Sacr. p.* 629. *an.* 190.
(10) Conſt. *ſi quando contigerit*, *tit. de hominib. baron. &c.*
(11) Conſt. *ſi quando aliquem*, *tit. de poena foroiudicator.*
(12) Conſt. *quia frequenter*, *tit. de hominib. non tenend.*

Digitized by Google

decernit, *nemini licere occaſione alicuius terrae, vel feudi, QUOD TENEAT, VEL RECIPIAT a comite, barone, ſeu milite, vel perſona eccleſiaſtica, aut etiam ſaeculari, conventione qualibet quavis iuris ſolemnitate vallata, perſonam propriam aliquibus ſervitiis obligare*. In omnibus hiſce locis feudum *tenere ab alio*, ideſt comite, barone, milite, epiſcopo, abbate, aliove feudatario, ſubfeudum deſignat, uti cap. ſeq. §.1. oſtendetur.

§. IV. Quae hactenus de Nortmannica ſubfeudorum origine diſſeruimus, plurimam lucem mutuantur a Catalogo baronum Regni ſub Gulielmo II. condito. In pretioſo hoc vetuſtiſſimae feudalis diſciplinae cimelio (*b*) tot occurrunt ſubvaſſalli, qui feuda a comitibus, baronibus, epiſcopis, & abbatibus tenebant. Sic inter alios Ricardus comes de Fundis cum XIII. ſubvaſſallis, Ricardus comes de Aquila cum XIV., Robertus Comes Pennae cum XVI., Simonus comes de Sangro cum III., Robertus comes Caſertae cum X., comes Roccae Montis Dragonis cum IV., Arnaldus de Foſſaceca cum VI. ad expeditionem in Terram Sanctam a Gulielmo II. ſuſceptam parati ſe contulerunt. Nec laici modo, ſed & eccleſiaſtici barones ſubinfeudatione valvaſinos ſibi quaeſiverunt. Sic prae ceteris abbas S.Ioannis in Venere XII. ſubvaſſallos, abbas S.Stephani de Rivomaris II. armis & militibus inſtructos obtulerunt. Ex eodem catalogo liquet, non ſolum comites & barones, qui feu-

(b) Eum exhibuimus ad calcem huius operis pag.1. ſeqq.

Digitized by Google

ſeuda in capite a rege tenebant, caſtra, oppida, territoria adſenſu regis ſubinfeudaſſe, ſed ipſos etiam ſubvaſſallos partem ſubfeudi ſui aliis conſenſu comitis vel baronis in ſubfeudum conceſſiſſe.

## C A P. II.

### *De nomine, natura, & ſpeciebus ſubſeudi Neapolitani.*

§. I. SUbfeudatarii (non ſecus ac feudatarii) olim *milites*, *fideles*, *vaſſalli*, & *valvaſini* vocati ſunt in libris feudorum, in conſtitutionibus Friderici II., inque laudato catalogo baronum Regni, in quo occurrunt *undecim vavaſores* (valvaſores) *Raynaldi Muſcae*, item Goffridi Guananti *tres pauperes milites*, ideſt ſubvaſſalli. Et Falconi Beneventano (1) Robertus dicitur *comitis Iordani fidelis*, nempe ſubvaſſallus ob acceptum ab illo caſtrum Templanum. Quod vero ius Longobardiae *ſubſeudum*, priſcae leges noſtrae dixerunt feudum *tenere in ſervitio*, vel *tenere ab alio*. Potiſſimum ſub Nortmannis ac Suevis diſtinctio inter feudum & ſubfeudum exprimebatur formulis, *tenere in demanio*, & *tenere in ſervitio*, item *tenere in capite*, atque *tenere ab alio*. To *tenere in demanio* deſignabat feudum plene poſſideri: contra *tenere in ſervitio* ſignificabat feudum teneri, ſed in ſubfeudum alteri conceſſum ſub onere ſervitii, uti conſtat ex

(1) *In Chronic. an.* 1119.

Digitized by Google

ex laudato catalogo baronum Regni. Porro *tenere in capite* denotabat ſeudum nobile cum vaſſallis collatum a rege, vel etiam a comite, vel barone de venia regis: quod utrumque ex eodem catalogo colligitur. *Tenere ab alio*, ideſt barone, comite, aliove feudatario, exprimebat ſubfeudum, quod aut regis & baronis ſimul, aut unius baronis conſenſu dabatur. Exemplorum abunde eſt in ſaepe laudato catalogo.

§. II. Feudiſtica haec loquendi ratio a Nortmannis, Suevis, & Andegavenſibus ſervata eſt. Primus omnium Andreas de Iſernia, qui ſub Ioanna I. in libros feudales fuſe commentatus eſt, nova procudit vocabula, nempe *immediate*, ac *mediate*, item quaternatum *ſimplex*, & *ſecundum quid*. *Immediate* (ἀμεσως) ſignificat feudum, quod ab ipſo rege confertur & ſub eo tenetur, uti ducatus, comitatus, marchionatus, baronia; & *mediate* (μεσως), ſubfeudum, quod ab alio, quam a rege tenetur. Iſernienſem Afflictus, Freccia, ceterique noſtrates feudiſtae imitati ſunt. Fuſe de hac re Camerarius (2): *Fiſcales*, inquit, *paulo ante nos adinvenerunt cautelam, quod quando baro vult ſubinſeudare aliquid de ſua baronia, & impetratur aſſenſus regius, ponunt clauſulam, videlicet dum tamen IMMEDIATE & in capite a regia curia teneat; nam illud tenere in capite erat prius ſine iſta dictione IMMEDIATE, nam in capite tenetur a rege, quando ab eo, vel ab alio barone, eo conſentiente, tenetur, ut in conſt.* ut de ſucceſſionibus, *& ibi gloſſa & Iſernia, & in d. cap.*

(2) *In II. F. 55. p. m. 69. lit. L.*

*cap.1. de nat. ſucceſſ. feud.*, *ſed addiderunt aliud verbum*, *videlicet IMMEDIATE*, *quaſi nullo modo tenet ab alio. Et ſic aliud eſt tenere in capite*, *quia ſive teneat a rege*, *ſive teneat a barone*, *in capite tenet*, *aliud eſt tenere immediate in capite*, *quia tunc a ſolo rege tenet. Per quae vides*, *feuda quaternata ſimplicia eſſe illa*, *quae IMMEDIATE tenentur a rege; feuda vero quaternata ſecundum quid eſſe illa*, *quae tenentur MEDIATE a rege*, *IMMEDIATE autem a comite*, *vel barone*, *& in quinternionibus regiis deſcripta ſunt.*

§. III. Iure noſtro ſubfeudum generatim definiri poteſt, *conceſſio caſtri*, *terrae*, *praedii*, *quam baro de feudo ſuo*, *plerumque conſenſu regis*, *alteri facit*, *ſub onere adohae*, *aut alterius penſionis ſibi ſolvendae*. Subfeudum itaque noſtrum in eo praecipue diſtat a Longobardico, quod baro non iure utilis dominii, ſed regis venia res feudi ſui ſubinfeudare poteſt. Dixi *plerumque*; namque iure noſtro datum baroni eſt, *excadentias* locare, ideſt terras demanii ſui ſemel aſſenſu regis ſub annuo ſervitio vel reditu conceſſas, & ad baronem poſtea devolutas, iterum ſubinfeudare, uti cap. ſeq. oſtendetur.

§. IV. Vulgo doctores duas ſubfeudi ſpecies diſtinguunt; cuius alteram *feudum quaternatum ſecundum quid*, alteram *planum & de tabula* adpellant. Subfeudum, ſeu feudum *quaternatum ſecundum quid* eſt *conceſſio caſtri*, *aut territorii baroniae*, *conſenſu regis & baronis alicui facta*, *ſub barone ipſo tenendi*, *& in quinternionibus R. Camerae deſcribendi*. Dicitur *quaternatum* a

qua-

quaternionibus R. Camerae, in quibus adnotatum eſt. Additur *ſecundum quid*, ideſt, non perfecte ac ἁπλῶς *ſimpliciter*; quum duplex conſenſus & regis, & baronis requiratur, nec rex ſine baronis conſenſu partem feudi ſui vaſſalli, nec viciſſim baro, vetante lege, ſine aſſenſu regis, ſubinfeudare queant. Ita differt a feudo *quaternato ſimpliciter*, quod in quaternionibus quidem Curiae comprehenſum eſt, at a ſolo rege confertur, ideoque *ſimplex* audit. Audiatur etiam Camerarius (3): *Feuda haec quaternata ſecundum quid. Sed quomodo ſecundum quid? hoc eſt, quia etſi in quinternionibus regiis ſunt deſcripta, & ſic regis voluntate & gratia illa habent . . . . quia tamen non minus etiam a barone habent, & ſic ab utroque, ſunt feuda quaternata non ſimpliciter, ſed ſecundum quid.*

§. V. Subfeudum planum & de tabula eſt *conceſſio praedii culti vel inculti baroniae a ſolo barone facta ſub onere ſervitii, aut alterius praeſtationis ſibi faciendae.* Differt ergo & a feudo *quaternato ſimplici*, quod a ſolo rege datur, & a *quaternato ſecundum quid*, quod regis ac baronis conſenſu conceditur. Cur eiuſmodi ſubfeudum *planum & de tabula* ſit dictum, anxie quaerunt interpretes. Nonnulli *planum* dictum putant a loco, in quo regni barones eiuſmodi ſubfeuda concedere ſolebant, nempe in planitie; moribus enim populorum mediae aetatis caſtra militibus munita in locis editis extruebantur: dictum vero *de tabula*, ideſt de menſa, vel quia a barone datur pro reditu panis, vini, carnis, pe-

(3) *Cit. loc.*

pecuniae, vel quod in libro dumtaxat reditum baronis, non R. Curiae deſcriptum eſt. Sed recte vidit Georgius (4) vocatum fuiſſe *planum*, ideſt ſimplex, quia ſine ſollemnitate confertur, quae conſenſu regis conſtare debet, quum ſolius baronis adſenſu concedatur, ac alienetur; *de tabula* vero, quia non brevi teſtato deſcribitur, ſed quovis modo adnotari ſufficiat. Ita in *Regeſto Feodorum Campaniae ſ.* 105. aliiſque Galliae monumentis occurrit homagium *planum* ſeu ſimplex, & *ligium*; quorum illud nude fiebat, & ſine ſollemni fidelitatis ſacramento, ad diſcrimen *ligii*, in quo ſecus ſe res habebat. Qui vero *hominium planum* debebat, immunis erat erga dominum feudalem ab omni ſervitio; unde eiuſmodi feuda primum *alodia*, dehinc ſub hominii conditione alicui domino ſubiecta fuiſſe ſuſpicatur Bruſſellius (5).

§. VI. Iam ſubfeudum planum & de tabula aut *militare* eſt, aut *ruſticum*. Militare dicitur illud, pro quo militare ſervitium, vulgo adoha, baroni ſolvitur: eſtque verum feudum, eiuſque inveſtitura, ſucceſſio, alienatio, & ſervitia iure Longobardico regitur (6). Ruſticum vero, quum terra inculta & ſterilis baroniae conceditur ſub onere annuae praeſtationis panis, vini, olei &c.: & nonnullis dicitur *tenaſia*, *tenimentum*, *bona reddititia*, quod eorum fructus baroni ce-

(4) *In repetit. feud. cap.* 8. *n.* 14. *T.* 1.
(5) *De feudorum uſu*.
(6) Conf. Camerar. *in II. F.* 50. *lect.* 28. *n.*20. *ſeqq.* Rovitum *dec.* 42. *n.* 17. alioſque.

Digitized by Google

cedunt. Eiuſmodi ſubfeudum potius alodium eſt, & ſimulacrum feudi, quam feudum; proinde non feudiſtico, ſed civili iuri ſubiacet. Appoſite docet Marinus Caramanicus, qui ſub Friderico II. claruit (7): *Si feudum ſit ruſticanum, utpote ex quo debetur reditus panis, carnium, pecuniae, vel annonae, ſive praeſtatio operarum; & huiuſmodi ſordida ſervitia villanorum, cuiuſmodi in aliquibus locis vocantur tenaſiae, vel tenimentum, puto iſtam conſtitutionem ceſſare, & ius commune locum habere.* Quum itaque ſubfeudum ruſticum naturam potius alodii, quam feudi habeat, ſolius baronis conſenſu conceditur, & a ſubvaſſallo alienatur, inque illud non feudali, ſed civili iure ſucceditur. Hinc etiam, mortuo ſubvaſſallo feudi ruſtici, eius filiis impuberibus non balius, ſed tutor eſt dandus, & tutela iure civili, non feudali regitur. Adhaec feudum planum ruſticum nobilitatem non affert, quum militare ſervitium, unde nobilitas in Regno olim defluxit, non praeſtet.

## C A P. III.

### *De conſtitutione ſubfeudi.*

§. I. IUre Longobardiae feudorum alienatio, non item ſubinfeudatio vaſſallis interdicta eſt. Ab hoc iure in Regno deſcitum eſt. Quamvis enim ſub Nortmannis ante monarchiam barones noſtri ſine domini directi conſenſu ſubin-

(7) In conſt. *ut de ſucceſſionibus*.

infeudaverint ex more in Italia tunc recepto; conſtituta tamen monarchia ſubinfeudatio ſine conſenſu regis iiſdem interdicta fuit. Etenim Rogerius I. (1), & Fridericus II. (2) omnem feudi alienationem ſine venia regis prohibuerunt.

§. II. Ab hoc interdicto excipiuntur excadentiae, quas baro, inconſulto rege, ſubinfeudare poteſt. Eas Fridericus, interdicta feudi alienatione ſine conſenſu regis, diſerte excipit: *Excadentias autem*, inquit, *baronibus & militibus locare* (hoc eſt, infeudare) *permittimus*, *dummodo ſub eo annuo ſervitio & reditu locentur, ſub quo ab antiquo locari conſueverunt*, *ita quod in nullo debitum ſervitium*, *vel reditus minuatur.*

§. III. Hoc loco *excadentiae* (*a*) ſunt terrae de-

(1) Conſt. *ſcire volumus*, *tit. de iurib. rer. regal.*

(2) Conſt. *conſtitutionem divae memoriae*, *de revocat. feudor. & rer. fiſcal.*

(a) Generatim *excadentiae* ſunt bona vacantia, nempe eorum, qui ſine herede decedunt, poſſeſſoremque ob lineae interitum non habent; ſic dictae a cadendo, quaſi a poſſeſſore ceciderint. In iure Romano dicuntur *bona vacantia*, & *patrimonium cadens* in *l. ult. C. de bon. vacant.* In conſtitutionibus Sicul. *lib. I. t.* 84. 85. *& lib. III. t. 6. excadentiae curiae* ſunt bona caduca, quae in fiſcum cadunt, ſeu ex commiſſo, ſeu alia quavis ratione. In Praecepto Roberti II. Principis Capuani an. 1128. apud Nucaeum in *Chronic. Caſinenſ. lib. X. cap. 96. p.* 521. Monaſterio Caſinenſi donantur *terrae*, *quas relinquunt homines*, *qui ſine herede moriuntur*, *quae dicuntur SCADITIONES*. Eodem ſenſu *ſcaditio* in alio Praecepto Pandulfi Principis Capuae apud Peregrin. *hiſt. Longob. lib. I. p.* 231. ubi male ſervitii militaris ſpeciem fuiſſe cenſet. In Regeſto Friderici II. apud Borrellum f. 2. legitur: *Magiſter procurator MORTICIORUM*, *& EXCADENTIARUM animalium*, *camporum*, *aliarum rerum & vi-*

Digitized by Google

demanii, quae ſemel adſenſu regis ſub annuo ſervitio, vel reditu conceſſae ſunt, & poſtea ad baronem devolutae vel extincta ſubvaſſalli linea, vel quovis alio modo. Quidquid baro initio inveſtiturae in feudo invenit, *demaniale* vocatur, uti ſunt nemora, vineae, montes, planities, aliaeque feudi partes in emphyteuſim, libellum, vel annuum reditum conceſſae, quae omnes *bona reditia* dicuntur, quod eorum fructus baroni cedunt, itemque *feuda ruſtica*, ſuntque potius feudorum ſimulacra, quam feuda. Ab excadentialibus differunt res ſteriles; iſtae namque ſunt bona demanialia feudi; illae autem ſunt res, quas baro ſub conſueto ſervitio vel reditu concedere ſolet, uti contra Marinum Freccia tuetur Fulvius Lanarius (3).

§.IV. Nihil itaque de bonis demanii ſui baro ſubinfeudare poteſt ſine venia regis, niſi infeudari ſit ſolitum, ideſt excadentiae naturam adſumſerit. Rem luculenter explicat Afflictus (4): *Baronibus & militibus habentibus feuda non permit-*



*ultrium ad curiam noſtram ſpectantium*, eique *datur poteſtas, ut MORTICIA & EXCADENTIAS ipſas, praeter ea, quae curiae noſtrae ſpecialiter neceſſaria non ſunt, vel de mandato noſtro ne locentur, excepta ad conſervationem & incrementum eorum & noſtre Curie commodum locare poſſit, excoli, & reaedificari faciat prout viderit utilius expedire, ſic quod in melius proficiant, ne depereant, & proventus ipſorum omnium exigat ad opus noſtre Curie conſervandos.* Hoc autem loco *excadentiae feudales* ſunt res ſemel rite infeudatae, & poſtea ad baronem ex iuſta cauſſa devolutae.

(3) *Ad Lanar. patruum in I. F. 1. n. 138.*

(4) Ad d. conſt. *conſtitutionem divae memoriae n. 59.*

*mittitur indiſtincte locare res feudales ad eorum libitum voluntatis; ſed eis per iſtam conſtitutionem imponitur fraenum, ut tamen eis liceat locare in perpetuo, aut ad longum tempus res excadentiales feudales, ideſt res, quae ſemel iure licito fuerunt conceſſae titulo locationis perpetuae, vel ad longum tempus ſub annuo ſervitio, ſeu reditu, & poſtea res illa feudalis aliqua ex cauſſa licita reverſa eſt ad ipſum baronem vel militem: iſtas res excadentiales poteſt baro, vel miles concedere titulo locationis ſub antiquo & conſueto ſervitio, ſeu reditu, abſque aliqua diminutione dicti antiqui reditus, vel ſervitii, ita quod ſi ex dicta conceſſione diminuiretur antiquum ſervitium vel antiquus reditus, locatio eſſet ipſo iure nulla.*

§. V. At quomodo *demaniale* in *excadentiam* immutari adeo poteſt, ut poſtea ſolo baronis conſenſu *locari*, ideſt infeudari valeat? Reſpondet Andreas de Iſernia (5) duplici modo ex re demaniali excadentialem fieri; vel enim in prima conceſſione regis aſſenſus intervenit, & tunc ſi baroni aperiatur, ſine alio regis aſſenſu, rurſus infeudare poterit: vel initio regius aſſenſus non intervenit, & tunc unica conceſſio cum praeſcriptione XXX. annorum naturam rei demanialis in excedentialem tranſmutat, ita ut baroni liceat eam ſine regis conſenſu iterum ſubinfeudare. Sicut feudum planum & de tabula, ſeu ipſa res excadentialis, evadit quaternatum, ſi unica regis collatione per annos XXX. rex te-

nue-

(5) *In I. F. I. n. 5.*

Digitized by Google

nuerit, ut idem docet Andreas (6), propterea quod tempus non modo naturaliter rerum naturam & qualitates, verum etiam civiliter mutat, ut in uſucapione fit. Requiritur tamen bona fides baronis, qui credebat rem illam infeudare potuiſſe, & ſcientia regis, contra quem baro praeſcribit; nam ſolus rex in Regno feuda erigit, bonaque ſua alienat.

§.VI. Ad legitimam excadentiarum conceſſionem opus eſt, ut baro eas infeudet ſub annuo ſervitio, vel reditu ſolito, eo nempe, quod vel regi, dum in eius demanio res erat, vel anteceſſoribus baronibus pendi ſolebat. Hinc inde uſque a Nortmannis in feudorum conceſſione apponitur clauſula, *de demanio in demanium*, *de ſervitio in ſervitium*: quam Gulielmus rex an. 1157. dum feudum Broccatum eccleſiae Panormitanae donavit, adhibuit (7). Eadem in conceſſione cuiuſdam caſtri uſus eſt Fridericus II. (8). Nequit ergo baro conſuetum ſervitium, vel reditum remittere; tunc enim eſſet donatio, non ſubinfeudatio, niſi remittat, donec ipſe vivat: nec immutare aut minuere poteſt, ſed augere, quum is meliorem, non deteriorem feudi conditionem facere queat; nec tandem pro modica fructuum portione concedere, quum potius fraudulenta alienatio, quam infeudatio cenſeatur. Anne in pecunia poteſt huiuſmodi conceſſio fieri? Negat Regeſtum Friderici II., teſte Andrea Iſernienſi (9):

 *Con-*

(6) *In I. F. 16. n. 12.*
(7) Apud Pirrum *in Sicil. Sacr. p. 147. tom. 1.*
(8) Apud Petr. de Vineis *lib. VI. cap. 25.*
(9) *In II. F. 37. in fin.*

Digitized by Google

*Continetur in Regeſto Imperatoris, quod ſervatur in archivo, quod ſi terras parum utiles de demanio feudi concedat, ut plantentur, certa portio fructuum reddatur annuatim domino, non pecunia.* Ideo Fridericum ſub certa fructuum portione, non in pecunia excadentias infeudare iuſſiſſe, ſcribit Lanarius (10), quia facilius conditio feudi augetur, quum ex cultura fructus, non ex pecunia augeantur, & Imperator feudi augmentum ſpectavit. Sed ipſe Andreas (11) aliique etiam in pecunia exigi poſſe tradunt, ſi fraus abſit.

§. VI. Quaeritur, num baro excadentias ad ſe devolutas demanio ſuo adſcribere poſſit, an rurſus infeudare teneatur? Andreas (12), Afflictus (13), de Ponte (14) aliique non teneri tuentur. Si enim poteſtate legis eas infeudare aliis poteſt, cur eadem in cenſu demanii ſui retinere non poteſt? Quod ſi Friderici mentem propius intueamur, poteſtas excadentias infeudandi baroni datur, neceſſitas non imponitur, uti verbum *permittimus* ſatis adſtruit. Tandem priſcis moribus in Regno receptis barones libere de excadentiis diſponunt, menſaeque ſuae adſcribunt: quod etiam de demanio eccleſiae infeudari ſolito probant Andreas de Iſernia (15) aliique. Neque contra-

(10) *Cit. loc. n.* 156.
(11) *In cit. conſt. v. minuendis.*
(12) *In II. F.* 16. *n.* 10.
(13) *In d. conſt. conſtitutionem divae memoriae n.* 54. *ſeq.*
(14) *De poteſt. proreg. tit. de elect. offic.* §. 3. *n.* 46.
(15) *Cit. loc.*

traria conſuetudo olim apud nos viguit. Refert quidem Paris de Puteo (16): *Tamen barones dicunt, quod eſt conſuetudo in Regno, quod bona excadentialia tenetur baro, cum excidunt, concedere, & non retinere pro ſuo demanio, ne ordo feudorum pervertatur. Et dicunt, quod videtur dari ſeudum ea conditione, quod demanialia teneat in demanio, & redititia ad reditum concedat. Moventur per dicta verba privilegiorum, quae de demanio in demanium, & quae de ſervitio in ſervitium.* At, ſi vera loquitur Paris, eiuſmodi vetuſta conſuetudo ab auctoritate potius baronum, quam iuris promanavit; eam enim extare contendebant barones, in propria commoda utique peccantes, utpote iiſdem plurimum noxiam. Sed clauſulam illam, non uti Regni barones, intellexit Andreas (17): *Donamus*, inquit, *tibi talem terram cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, quam de demanio in demanium ſcilicet habeas tu feudatarius: quam de ſervitio in ſervitium, ut ſcilicet ſeudatarii alii, qui ſunt in illa terra, non habentes feudum quaternatum, ſed planum & de tabula, tibi ſerviant.* Ceterum ſi baro excedentias ſibi devolutas in cenſum demanii ſui retulit, & per annos XXX. retinuit, res demanialis evadit, quum hac temporis diuturnitate in feudis recepta rei conditio mutetur (18). Quare ſi velit iterum in rem excadentialem convertere, ideſt ſub ſolito ſervitio concedere, regius aſſenſus re-



(16) *De redintegrat. feud. cap. 6. n. 15.*
(17) *Cit. loc.*
(18) *II. F. 26. §. ſi quis per triginta.*

requiritur, ex generali iuris regula, quae demania baroniae, inconſulto rege, alienare vetat.

## C A P. IV.

### *De ſucceſſione, ac alienatione ſubfeudi.*

§. I. SUbfeudum iam conſtitutum adquiritur ſucceſſione, & alienatione. De utraque partite hic agendum. Quum ſubfeudum *quaternatum ſecundum quid* ſit verum feudum, eius ſucceſſio, alienatio, inveſtitura iure feudali Regni regitur. Quumque etiam ſubfeudum planum *militare*, pro quo ſolvitur adoha, verum ſit feudum, ipſius ſucceſſio, alienatio, ſervitium, ceteraque iure feudiſtico ſubiacent, uti Caramanicus (1), Camerarius (2), Rovitus (3), Paſchalinus (4), aliique tradunt. Contra ſubfeudum planum *ruſticum* non iure feudali, ſed civili regitur; quia potius alodium eſt, quam feudum. Quare Marinus Caramanicus, qui ſub Friderico II. gloſſas in conſtitutiones conſcripſit (5) putavit, in eiuſmodi ſubfeudo *ceſſare* Friderici *conſtitutionem ( ut de ſucceſſionibus ), & ius commune locum habere, ſcilicet ut deſcendentes, aſcendentes, & collaterales ſuccedant, qui alias de iure communi ſuccedere poſſent ab inteſtato, & in eorum defectu ſuccedit dominus feudi*. Hinc ſucceſſor

(1) Ad conſt. *ut de ſucceſſionibus*.
(2) *In II. F.* 50. *lect.* 29. *n.* 20.
(3) *Dec.* 42. *n.* 17. *ubi Altim.*
(4) *De different. in ſucceſſ. ſubfeud. n.* 4.
(5) *Cit. loc.*

Digitized by Google

ceſſor in feudo plano militari deſcendere a primo adquirente debet: quod in feudo plano ruſtico neceſſarium non eſt. Excluditur autem vir & uxor; nam deficiente linea deſcendente, adſcendente, & laterali, excluſis uxore, viro, & fiſco, baro ad ſucceſſionem vocatur. Tandem doctorum & rerum iudicatarum auctoritate apud nos obtinuit, ut in feudis planis cum militaribus, tum ruſticis feminae, deficientibus maribus, ſuccedant, ſecundum Friderici II. conſtitutionem *in aliquibus*, *tit. de ſucceſſ. filior. comit. & baron.*; nam locum non habet ratio, qua mulieres a feudorum ſucceſſione repelluntur (*6*).

§. II. Nunc de ſubfeudi alienatione. Iure Longobardico ſubfeudum ſolo domini immediati, ideſt ſubinfeudantis, conſenſu alienatur. Secus eſt iure patrio. Si enim ſubinveſtitus feudum *quaternatum ſecundum quid* alienare velit, regis & baronis ſimul aſſenſus requiritur, ut ab utroque illius conſtitutio pendet. Res enim utriuſque hic agitur, quum militare ſervitium in amborum commodum cedat. Regis quidem intereſt videre, ſubvaſſallus ſui baronis ſitne fidelis, an ſibi ſuſpectus inviſuſque, ſitne ſervitiis praeſtandis idoneus, an inutilis: quod ipſum & ad baronem pertinet. Quamobrem Fridericus II. (7) cavit, defuncto ſine deſcendentibus ſubvaſſallo, qui a comite, vel barone feudum te-

 ne-

(6) Vid. Camerar. *in I. F.7. n.* 102. de Franchis *dec.* 7. & Thom. de Marinis *de feud. t. XI. n.* 27.

(7) Conſt. *poſt mortem*.

nebat, eius mortem a comite denunciandam R. Curiae, ut Rex idoneum de eodem feudo inveſtire poſſit, & baro ipſam inveſtituram exequi cogatur. Quod vero ſubfeudum quaternatum ſecundum quid eſt verum feudum, in eius alienatione ius congrui non obtinet; quia dum rex conſenſit alienationi, quae Titio facienda erat, non cenſetur conſenſiſſe Caio vicino, uti docet de Marinis (8).

§. III. Si vero ſubvaſſallus feudum planum militare, aut ruſticum alienare velit, ſolius baronis conſenſus ſufficit. Ut enim iure Fridericiano (9) licet baroni excadentias ſubinfeudare, ita in earum alienatione ipſe ſolus adſentiri debet.. Quin in feudi plani alienatione ſufficit tacitus baronis adſenſus, qui etiam per teſtes probari poteſt (10): quum contra in alienatione feudi quaternati opus ſit peculiari regis adſenſu in forma privilegii ſigillo muniti, & ſcriptura, non teſtibus probari debeat.

CAP.

(8) *Lib. I. reſolut. cap.* 232. *n.* 26.
(9) Cit. conſt. *conſtitutionem divae memoriae*.
(10) Freccia *de ſubfeud. lib. II. de different. feud. quatern. & plan.* Georg. *repet. feud. cap.* 21. *n.* 14. *tom.* 1.

# CAP. V.

## *De oneribus ſubfeudi.*

§. I. Quemadmodum baro ſervitia regi, ita ſubvaſſallus baroni, a quo proxime ſubfeudum cognoſcit, exhibere tenetur; quippe qui baronis, quocum contraxit, non regis vaſſallus eſt. Feudalia autem ſervitia iure Regni ad *adobam*, & *relevium* redacta ſunt. Quod pertinet ad adoham, primaevo feudorum iure, vaſſallus ipſe militare ſervitium praeſtare tenetur; inde ob perſonarum qualitatem & iuſta impedimenta receptum, ut per ſubſtitutum aeque idoneum inſerviret; tandem eo res venit, ut in pecunia ſervire domino liceret. In Regno etiam loco ſervitii militaris ſubrogata eſt pecuniaria praeſtatio, vulgo *adoha*, quam quotannis barones pendent R. Curiae pro univerſa baronia, eiuſque ſubfeudis, & ſubvaſſalli baronibus ſuis contribuunt, cum eam regi ſolvunt. Hinc in omnibus fere inveſtituris ſubfeudorum comparet clauſula, *ut ſicut baro regi adobam, ita & ſubvaſſallus baroni ſolvat*. Quod ſi rex adoham baroni remiſit, an hic a ſubvaſſallo petere poteſt? Adfirmant Andreas (1), Montanus (2), aliique, quia donatio uni facta, alteri non prodeſt, niſi rex baronis & ſubvaſſalli contemplatione ſervitia remiſerit. Negat contra Afflictus (3), pro-

(1) *In II. F.* 24. *n.* 41.
(2) *In II. F.* 55. §. *firmiter n.* 61.
(3) *In II. F.* 24. *n.* 32.

propterea quod baro tunc a ſubvaſſallis adoham exigit, quum ipſe regi perſolvit, & adohae ſubvaſſalliticae ſolutio acceſſorium baronalis putetur. Sed praeſtat id ex tenore privilegii, vel gratiae definire.

§. II. Feudum quaternatum ſecundum quid adohae baroni ſolvendae onus continet, itemque feudum planum militare; quia utrumque confertur pro militari ſervitio, cui ſolutio adohae ſucceſſit. Nulli autem oneri feudali ſubeſt feudum planum ruſticum ſeu ſimplex; quum potius locatio, quam feudi conceſſio cenſeatur. Eius onus eſt annua praeſtatio vini, olei, panis, pecuniae, alteriuſve rei, uti pacto comprehenſum eſt: quod quidem baro remittere poteſt, quia in eius tantum utilitatem, non regis comparatum eſt. Appoſite ſcribit Andreas Iſernienſis (4): *Alia feuda ſimplicia, quae dantur per comites & barones, non ſcribuntur in regeſtis curiae regis, quia ſervitium illorum feudorum non fit maiori curiae regis, ſed illis, qui ea concedunt.*

§. III. Venio nunc ad relevium ſubfeudale. Iure Longobardico renovanda inveſtitura eſt, quoties perſona domini, vel vaſſalli mutatur. Inveſtiturae autem renovatio eſt *feudi legitime quaeſiti, perſona domini, aut vaſſalli mutata, ſollemniter facta confirmatio*. Ea intra annum & diem petenda, qui a die ſcientiae currit; ſecus vaſſallus feudo cadit. Sed iure Regni loco inveſtiturae ſucceſſit relevii ſolutio; ut enim inveſti-

(4) *In II. F. 16. n. 20.*

ſtiturae renovatio eſt obſequii recognitio, ita relevium officium ſeniori debitum oſtendit. Quare feudi ſucceſſor non tenetur inveſtiturae renovationem petere, ſed relevium R. Camerae intra annum & diem a ſcientia mortis baronis ſolvere, quod vice fungitur renovationis (5). Quemadmodum vero ſucceſſor in feudo, mortuo barone ſubinfeudante, relevium Regi ſolvit tam pro caſtris, quae penes ſe baro retinuit, quam pro ſubfeudis; ita ſubvaſſallus, qui in feudo quaternato ſecundum quid ſuccedit, relevium baroni, non regi exſolvere tenetur, quia non a rege, ſed barone inveſtituram petere debet. Fridericus II. (6) iuſſit, baronem vel comitem R. curiae denunciare mortem ſubvaſſalli ſui, qui feudum quaternatum in ſua baronia vel comitatu tenet, & inventarium bonorum omnium, quae reliquit, perficere, ut Rex cui velit aſſignet, & baro teneatur feudum ipſum ei concedere, quem Rex deſignavit, ſoluto per ſubvaſſallum relevio, decem uncias auri non excedente, baroni poſſeſſionem feudi ei danti. *Poſt mortem baronis, ſeu militis, qui a comite, vel barone alio baroniam aliquam, vel feudum tenuerit, quae in quaternionibus dohanae noſtrae inveniuntur in ſcriptis, defuncti mortem per comitem, vel baronem, a quo praedicta tenuerit, excellentiae noſtrae volumus nunciari. Et quid & quantum ſit illud, quod defunctus ab ipſo tenebat, mobilia*

*etiam*

(5) Capyc. *in II. F. 55. limit.* 14. Rovit. *in pragm. IV. de feud. n.* 90.

(6) Conſt. *poſt mortem baronis, tit. de morte baronis nuncianda Imperatori.*

*etiam decedentis, ſcribi volumus ſeriatim, & ea omnia in publica documenta redacta ad noſtram curiam deſtinari iubemus, ut ex iuſſione noſtra, quibus praedicta aſſignari debeant, iniungatur. Baroniam etiam, ſive feudum, quod ad conceſſionem munificentiae noſtrae ſpectat, ſi quando a nobis concedi contigerit, ut eſt moris, literas noſtras ad eum, a quo feudum tenetur, curabimus deſtinare: & quod id quod tenet ab eo, ſive ſit caſtrum, ſive ſit terra plana, ei, cui nos conceſſerimus, debeat aſſignare, ſuſcepto tamen mandato noſtro, & nulla mora protracta, comes vel baro illud exequi procurabit. Recepto verumtamen aliquo relevio, ut eſt moris, quantitatem decem unciarum auri non excedat pro aſſignanda poſſeſſione terrae conceſſae.* Ceterum ſi ſubvaſſallus intra annum & diem relevium non ſolverit, poenae nomine duplex relevium ſolvet, uti de barone ipſo alibi diximus. Feudum planum & de tabula relevio non ſubiacet. Reliquae ſubfeudi obligationes ex communi feudorum natura & pactis adiectis colligi poſſunt.

# CAP. VI.

## *De amiſſione ſubfeudi Neapolitani*.

§. I. NE quidquam intactum praetereatur, quod faciat ad rem, diſputaturi poſtremo loco de amiſſione ſubfeudi ex iure patrio, non admodum de hac re laborabimus, quum ius noſtrum a Longobardico parum diſcrepet. Duobus itaque modis amittitur ſubfeudum, vel extincta linea, vel culpa ſubvaſſalli. Si ſubfeudum ſit quaternatum ſecundum quid, interitu lineae, vel crimine non ad regem, ſed baronem, ſub quo tenetur, devolvitur. Fallitur quidem gloſſa in Friderici II. conſt. *poſt mortem*, quae ad regem devolvi ſcribit; quamvis ipſa gloſſa in *v. munificentiae* orationem retexuerit. Etenim laudata conſtitutio loquitur tantum de collatione ſubfeudi, defuncto valvaſino ſine liberis; ac proinde ad devolutionem extendenda non eſt, uti ſcite Montanus (1), ac de Ponte (2) obſervant. Pari modo ſubfeudum planum ſive militare, ſive ruſticum devolvitur baroni, ſi in eum ſubvaſſallus deliquit, aut ipſius linea fuerit extincta, ut Andreas Iſernienſis (3) aliique tradunt.

§. II. Ceterum moribus noſtris ab mortem vaſſalli ſubinfeudantis valvaſinus ſubfeudo non excidit. Qui enim defuncto baroni ſuccedit in feudo tam ex pacto, quam hereditario, ſubfeudi plani

(1) *In II. F. 55. n. 89.*
(2) *De poteſt. proreg. tit. de aſſenſib.* §. 1. *n.* 11.
(3) In conſt. *ſi quando*.

Digitized by Google

plani & de tabula, ſeu excadentiae conceſſionem ratam habere cogitur, propterea quod dum baro excadentias dedit, geſſit id quod a lege impoſitum erat, ut nempe ſolita infeudaret, adeoque nomine feudi tamquam adminiſtrator geſſiſſe videtur. Idem dicendum, ſi aut interitu lineae, aut culpa, baronis ius peremtum ſit. Quare hic locum non habet vulgata iuris Longobardici regula (4), *reſoluto iure dantis, etiam accipientis ſolvi*, uti Camerarius (5), de Ponte (6), ceterique interpretes conſentiunt.

FINIS.

CON-

(4) *I. F. 5. §. rurſus.*
(5) *Cit. loc. n. 7.*
(6) *Cit. loc. tit. de elect. offic. §. 3. n. 10.*

# CONSPECTVS

## Capitum commentarioli de ſubfeudis.

ANTELOQVIVM. pag. 3

## PARS PRIOR

### De ſubfeudis ex iure Longobardico.

CAP. I. *De origine ſubfeudi.* 5
CAP. II. *De natura ſubfeudi.* 9
CAP. III. *De iuribus & officiis ſubvaſſalli.* 16
CAP. IV. *De amiſſione ſubfeudi.* 19

## PARS POSTERIOR

### De ſubfeudis ex iure Neapolitano.

CAP. I. *De origine ſubfeudi in Regno Neapolitano.* 22
CAP. II. *De nomine, natura, & ſpeciebus ſubfeudi Neapolitani.* 26
CAP. III. *De conſtitutione ſubfeudi.* 31
CAP. IV. *De ſucceſſione, ac alienatione ſubfeudi.* 38
CAP. V. *De oneribus ſubfeudi.* 41
CAP. VI. *De amiſſione ſubfeudi.* 45

Digitized by Google

Digitized by Google

# CATALOGVS

## Baronum Regni Neapolitani, ſub Gulielmo II. Rege conditus, pro expeditione ad Terram Sanctam ſuſcipienda.

### *PRAEFATIO.*

ETſi Regeſta Nortmannica edacis iniuria temporis, variiſque Regni vicibus exciderint; incolume tamen e tanto naufragio evaſit feudiſticae iuriſprudentiae bono monumentum ſane antiquiſſimum, quod non modo militarem Nortmannorum Principum virtutem, & gloriam numquam intermorituram, Regni noſtri opes & potentiam, feudatariorum erga Regem ſuum fidem & obſequium aperit, verum etiam ſolida iuris feudalis patrii principia prodit, illuſtrat, confirmat. Eſt nimirum illud Catalogus omnium feudatariorum, & ſubvaſſallorum Regni Apuliae, ſub Gulielmo II. Rege conditus, occaſione ſervitii ab iis praeſtandi pro expeditione ad Terram Sanctam, quam Rex ſuſcepit, cuius lemma: *Feuda Ducatus Apuliae*. Extat egregium hoc totius Nortmannicae antiquitatis monumentum in Regeſto Caroli Calabriae ducis, Roberti Regis filii, Regnique vicarii, ſub

*ſigne an.*1322. *L. A. fol.*13. *ad* 63. quod etiamnum in Archivo R. Camerae adſervatur, unde primus in lucem extulit anno MDCLVII. Carolus Borrellus in *Vindice Neapolitanae nobilitatis ad calc. p.*5. *ſeqq.*

Quamquam autem huiuſmodi feudatariorum recenſio immiſta ſit Regeſto ſub Carolo Duce Calabriae condito; pertinet tamen ad Nortmannorum Regum tempora. Primum enim in folio LVII. adnotatur, eiuſmodi ſchedam in Regeſtum ſupra memoratum ex vetuſto exemplari fuiſſe tranſcriptam. Deinde in foliis XIX. & XXVII. commemorantur *Rex Gulielmus*, nempe Secundus, quique ei in Regno ſucceſſit *Tancredus Comes Licii*. Adhaec in foliis XVI. XXXI. XXXIX. & XLII. recenſentur etiam Gilbertus Comes Gravinenſis, Ionathas Comes Conſanus, Ricardus Comes Fundorum, & Marius Borrellus, qui omnes, teſte Hugone Falcando rerum Sicularum hiſtorico, ſub Gulielmo I. Rege vivebant, & ad delendam Maioris tyrannidem conſpirarunt. Tandem feudiſtica loquendi ratio, nomina perſonarum & locorum, ſervitii ratio, ac cetera omnia cum Nortmannorum temporibus amice conſpirant.

Iam vero haud iniuria adfirmatur, praeſentem baronum ducatus Apuliae album ſub

Gu-

Digitized by Google

Gulielmo II. Rege, cui *Boni* cognomen haeſit, conditum fuiſſe. Profecto Gulielmus II. Rex noſter in belli ſocietatem cum Venetis ſe ſe adiunxit adverſus Manuelem Comnenum Orientis Auguſtum. Quumque, vix captis armis, de pace a Venetis agi noſſet, claſſem contra Graecos inſtructam, in auxilium chriſtianorum Syriae, & Regni Hieroſolymitani convertit. Deceſſerat Amalericus Hieroſolymitanus Rex an. MCLXXIII., relicto herede Balduino pupillo. Huius infirma aetas Saladinum, qui tum Aegypto imperabat, in ſpem Regnum Hieroſolymitanum occupandi excitarat: iamque maiorem eius partem occupaverat, & Antiochiam acriter obſidebat; quum urbi huic opitulatum opportune Sicula claſſis ſupervenit, a Gulielmo miſſa duce Margaritono de Brunduſio, Comite Melitae, rei maritimae peritiſſimo, milite, commeatu, omnique bellico inſtrumento referta. Haec Tyrum appulſa, expoſitiſque in terram copiis, tantum animi Antiochenis fecit, taliſque opis fuit, ut Saladinus ab obſidione deſtiterit; chriſtianique conſervationem Antiochiae, Tripoliſque huic inopinato ab Sicilia ſubſidio acceptam retulerint. Nec eo Gulielmus contentus, ut Saladinum a divexandis in

Syria chriſtianis diſtraheret, ſequente anno claſſem ad ducentas circiter naves auctam ad Aegypti oras infeſtandas dirigere curſum iuſſit, imperatore huius expeditionis Gualterio Moacenſi renuntiato. His expeditionibus Gulielmus, Saladini progreſſus interpellando, Regni Hieroſolymitani exitium remoratus eſt. Interim Saladinus anno MCLXXXI. iterum Regnum Hieroſolymitanum invadere aggreſſus eſt; parumque abſuit, ut a chriſtianis amitteretur, quod Rex Hieroſolymitanus contra obniti impar eſſet. Quare Alexander III. P. M. omnem movit lapidem, ut chriſtianos Principes ad ferendam collatis viribus opem chriſtianis illis excitaret. Ad expeditionem hanc, magnis coactis copiis, ſe ſe in primis compararunt Henricus III. Rex Britannorum, Philippus Gallorum Rex, & Gulielmus II. Rex Siciliae; iſque eo ardentiore ſtudio, quo opus fere ſuum in Regno Hieroſolymitano tutando conſervaturus ſibi videbatur; nam quod illud adhuc ſtaret, ipſe ſuis in Saladinum illatis armis potiſſimum effecerat; & quo ſuae ditionis regiones propinquitate, portuum opportunitate, & frugum copia, erant prae ceteris ad huiuſmodi expeditiones idoneae. Occaſione itaque ſer-

vi-

Digitized by Google

vitii a baronibus Regni Apuliae Gulielmo II. exhibendi pro magna hac in Terram Sanctam expeditione catalogus praeſens confectus fuit: quod non ſemel in eodem albo innui videtur, dum exempli cauſſa legitur, *Donadeus pro auxilio magnae expeditionis obtulit militem* I. *Abbas S. Trinitatis de Venuſio obtulit milites XXV. & ſervientes* CCXXX. *pro auxilio magnae expeditionis.*

Quot vero quamque praeclara & ſingularia cum ad civilem Regni noſtri hiſtoriam, tum praeſertim ad feudiſticam iuriſprudentiam illuſtrandam, in pretioſo hoc cimelio contineantur, ipſa res ſatis prodit. In eo enim vetus regionum noſtrarum facies, & veteres urbium, oppidorum, caſtrorum, locorumque feudali nexu obſtrictorum nomenclationes in lucem proferuntur: diſtributio item Regni Apuliae ſub Nortmannis non in *provincias*, ut hodie, ſed in complures *comitatus*, & nonnullas *comeſtabulias*, ſeu *iuſtitias* obſervatur. Exhibentur nomina, & numerus non modo comitum, baronum, ſubvaſſallorum, ut & iudicum nonnullorum eius temporis, verum etiam parentum, filiorum, fratrum, aliorumque ſanguine illis coniunctorum, itemque uxorum: nec tantum laici barones, ſed etiam epiſcopi & abbates feu-

datarii referuntur. Quantitas & modus ſervitii feudalis Regi debiti ſiſtitur, eiuſque incrementum difficillimis quibuſdam temporibus, ut & militares Regni noſtri vires, feudatariorum noſtrorum erga Regem fides, eorumque opes, Principis & reipublicae ſaluti ac dignitati unice conſecratae. Praeterea origo nobilitatis Neapolitanae a militia ducta, verique cognominum gentilitiorum natales in Regno a nomine feudi plerumque repetiti deteguntur: tot feudiſticae loquendi formulae, totque varia ac ſingularia in eodem catalogo continentur, quae fruſtra quaeruntur alibi.

Quae cum ita ſe res habeat, monumentum hoc Nortmannicae antiquitatis eo praeſtantius, quo Regeſta Nortmannica tempus abſumſit, ad hanc uſque diem neglectum iacuiſſe merito indoluimus. Quumque elementa iuriſprudentiae clientelaris iam abſolverimus, ad germana iuris feudalis & ſubfeudalis Neapolitani principia intelligenda & enucleanda, tam pretioſum cimelium ad fidem laudati Codicis MSti, adnotationibus noſtris paſſim locupletatum, & Arabicis numeris per nos additis ſignatum, opportuniſſimo hoc loco integrum exhibere operae pretium duximus.

ISTA

# ISTA SVNT FEVDA

## Ducatus Apuliæ (*a*).

*De*

(a) Quod nunc Regnum Neapolitanum, ſub Nortmannis *Ducatus Apuliae* dicebatur, ut eſt in hoc Catalogo. Profecto Rogerius primus Siciliae Rex, antequam ad Regnum perveniſſet, inſcribebatur *Siciliae*, & *Calabriae Comes*. Inde circa an. 1127. morte Gulielmi nepotis ſui ducatum Apuliae adeptus, *Dux Apuliae* dici voluit. Mox anno 1130. Rex inauguratus, *Siciliae Rex* audiit. Tandem anno 1135., Roberto II. principatu Capuae deiecto, titulos adſumſit, *Rex Sicilie, Ducatus Apulie*, & *Principatus Capue*. Moneta ab eodem Rogerio I. cuſa *ducatus* Apuliae dicta. Falco Benevent. *ad an.* 1240.: *Monetam ſuam introduxit, unam vero cui DVCATVS nomen impoſuit*. Eodem titulo Rogerii ſucceſſores uſi ſunt. Eius filius Gulielmus I. *Rex Sicilie, Ducatus Apulie*, & *Principatus Capue* inſcribitur in Chartis apud Pirrum *Sicil. Sacr. T. I. p.* 97. 393. & 394. In ſigno impreſſo diplomati donationis eccleſiae Panormitanae apud Mongitor. in *Collect. privileg. eccleſ. Panormit. p.*45. Gulielmus II. dicitur *Rex Sicilie, Ducatus Apulie*, & *Principatus Capue*. Eumdem titulum adhibuerunt Suevi. Fridericus II. in primis Regni Sicilienſis annis inſcribebatur, *Rex Sicilie, Ducatus Apulie*, & *Principatus Capue*, apud Pirrum *Sicil. Sacr. T. I. not.*1. & Ughell. *Ital. Sacr. T. I. de epiſc. Aſculan. p.* 463. Eodem titulo Carolum I. Andegavenſem initio Regni ſui uſum fuiſſe, liquet ex eius Regeſto *ſign.* 1268. *A. fol.* 29. Porro *Apuliae* nomine ſaepe univerſa Italia Ciſtyberina venit. Hinc Gulielmus Malmesburienſ. *de geſt. Reg. Angl. lib. III.* de quodam epiſcopo Averſae ſcribit: *Guitmundus epiſcopus Averſanus Apuliae*. Sequentibus temporibus Regnum Neapolitanum etiam *Apulia* nuncupatum eſt, uti liquet ex Io. Villano *hiſt. Florent. lib. II. cap.* 5. 8. 10. & *lib. VII. cap.* 1. ac



Digitized by Google

## *De Comeſtabulia (b) Frangalij de Britiƈto.*

## C V R I A.

1. ROberts de Beneth dixit, quòd demanium ſuum (c) eſt Beneth, quod tenet in capite à Do-

Simeone de Toſa in *Annal. ad an. MCCLXVIII.* In parvo Chronico Incerti auctoris inter *veter. Chronic. edit. Florentiae* 1733. *p.* 141. & 115. *in fin.* legitur: *Re Luigi di Puglia* ( fuit is Ioannae I. maritus ): & rurſus: *Papa Orbano diceſi, ch' egli è nato in Puglia*, nempe Urbanus VI., qui fuit Neapolitanus, ante pontificatum vocatus Bartholomaeus Pirignanus, uti conſtat ex Charta Neapoli ſcripta die 23. Octob. 1360. quae in archivo Monaſter. S. Gregor. Armen. ſign. n. 3. faſcic. 23. ſervatur. Tandem in Chronico Eſtenſi apud Murat. *S. R. I. T. XV. f.* 295. legitur: *Anno* 1385. *die* 10. *menſis Septembris dominus Carolus Rex Apuliae* ( nempe Carolus III. Dyrrachii ) *diſceſſit de Neapoli*. Cur vero Regnum, quod nunc Neapolitanum dicitur, mediis temporibus Regnum Apuliae dictum fuit? Putat Antonius Caracciolus *in nomenclat. ad quat. antiq. Chronolog. v Nortmanni circ. fin.* id ideo factum, quia Comites & Barones Nortmanni ſuberant Duci Apuliae, atque Rogerius Comes Calabriae ac Siciliae fidelitatem Roberto Guiſcardo Apuliae Duci praeſtitiſſe, ſicque etiam ſucceſſores Rogerii iis, qui Roberto ſucceſſerunt. At Rogerius filius Rogerii Comitis quum anno 1127. Gulielmo Apuliae Duci nepoti ſuo ſine liberis mortuo ſucceſſiſſet, titulum adſumſit *Ducis Apuliae*, idemque ab eius ſucceſſoribus factum eſt. Recte Peregrinus *hiſt. Princip. Longob. lib. II. part.* 1. *p.* 163. cenſuit, a Nortmannis primum bello parta fuiſſe oppida in Apulia, ex quibus Ducatum conflarunt; tum paſſim adquiſita in aliis regionibus, quibus nunc Regnum Neapolitanum conſtat, primis victoriis adiecta, effeciſſe, ut nomen

à Domino Rege, quod eſt feudum V. militum.

& cum

---

men Apuliae ad omnes adquiſitas regiones extenderetur; inquit enim vir doctiſſimus in emendationibus ad Falconem Beneventanum, referentem concilium ſub Nortmannis *in partibus Apuliae* celebratum: *Nec turbet te, quod dicat in Apuliae partibus concilium illud congregatum, in quibus haud cenſetur Beneventum; nam tunc, & aliquando etiam poſt, paſſim unius Apuliae abſoluto nomine cunctam Italiam cis Tyberim exteri Occidentales nuncuparunt, exque illorum uſurpatione etiam incolae; quandoquidem Nortmanni ob res primum in Apulia praeclare, & feliciter geſtas longinquorum ora ad ſe ſolos, & ad unam Apuliam converterant.*

(b) Haud rara in noſtro Catalogo *Comeſtabuliae*, & *Comeſtabuli* mentio iniicitur. Sic paſſim occurrit *Comeſtabulia Lampi de Faſanella*, *Comeſtabulia Comitis Boamundi*, *Comeſtabulia Gilberti de Balbano &c.* Occurrit etiam *Comeſtabulus*, ut *Angot de Archis Comeſtabulus*, *Petrus Cacapice Comeſtabulus Neapolis*, *Nicolaus Comeſtabulus Troiae &c.* Heic *Comeſtabulia* gubernationem, & *Comeſtabulus* gubernatorem ſignificat. Profecto ſub primis Nortmannis Comeſtabulus dicebatur dux exercitus, eique tempore *pacis regimen* alicuius civitatis, vel provinciae committebatur. Falco Beneventan. *Chronic. ad an.* 1113. refert, Landulfum de Graeca *Comeſtabulum*, ideſt magnum ducem Beneventanorum adverſus Nortmannos factum; & poſt eum Rolpotonem delectum Beneventi *Comeſtabulum*, ad rem civilem ac militarem eius urbis gerendam. In diplomate Tancredi Comitis Lycienſis an. 1182. apud Ughell. *Ital. Sacr. tom. IX. in epiſcop. Lycienſ. n.* 11. ſubſcribit † *IV.* (Willelmus) *de la Tora Comeſtabilis Comitatus Lycii*. Ricardus de S. Germano in *Chron. ad an.* 1193. meminit *Landonis de Montelongo Comeſtabilis caſtri Sexti*; & alibi Philippi de Citero *comeſtabilis Capuae*.

(c) *Demanium* Gallis olim erat *dominium*. Hoc ſenſu uſurpatur a Teleſino *de vit. Roger. Sicil. Reg. lib. III. cap.* 14.: *Mandatur . . . illis, qui caſtro eius praeerant,*

ut

& cum augmento obtulit XI. milites, & XII. ſeruientes.

2. Francarius dixit, quòd tenet Bitrictum in capite à Domino Rege, quod eſt feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites X. & ſeruientes X.

3. Guillelmus de Tot tenet in balio (*d*) Sanctum Nicandrum, quod tenet in capite à Domino Rege, quod, ſicut dixit Robertus de Beneth, & ſicut eſt inventum in quaternionibus Curiæ, eſt feudum X. militum, & cum augmento debet dare milites XX.

4. Guido de Venuſio dixit, quòd tenet in Caſamaſſima in capite à Domino Rege, quod eſt feu-

*ut & ipſi Regis ſuper ſe quantocius ſuſcipiant demanium.* Κατ' ἐξοχὴν demanium ſignificat praedium Regis, aliudve ius ad eius fiſcum pertinens, in feudum nemini datum, uti paſſim ſumitur in Conſt. Sicul. *lib. I. tit.* 58. 59. 67. 70. 77. 86. *& lib. III. tit.* 4. In uſibus feudorum II. 56. dicitur *regalia*. Ita *demanium* opponitur *feudo*. In diplomate Gulielmi I. an. MCLIV. pro Monaſterio SS. Trinitatis Cavenſis (in Bullario Caſinenſ. tom. 1. p. 175.) exemtio *ab omni ſervitute*, vel *adoamento* ei datur, *tam In Demaniis, quam Feudalibus*. In diplomate Friderici II. an. MCCXXI. pro eodem monaſterio (in cit. Bullar. Caſinenſ. tom. II. p. 252.) eximuntur *caſtra, caſalia, & homines ipſius monaſterii ab omni iugo ſervitutis, vel adhogamento, SIVE DE DEMANIO, SIVE DE FEVDIS fuerint*. Verum enim vero in noſtro Catalogo *demanium* non rem regiam, ab omni nexu feudali liberam, ſed verum feudum, quod baro ipſe poſſidet, ac nemini in ſubfeudum conceſſit, plerumque ſignificat. Ita paſſim legitur, *Comes Berthernymus Andriae. Demanium ſuum eſt Andria, feudum ſimil.* 13.

(d) Quid ſit *tenere in balio*, inferius *not.* (q) explicabitur.

Corrige: nota y, pg. 77.

Digitized by Google

feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VII. & ſeruientes VIII.

5. Goffridus Tortamanu dixit, quod tenet in capite à Domino Rege in Montorone, feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes V. De Gallipoli, quod tenet in montanea debet inquirere Camerarius (*e*).

6. Rogerius Flamengus dixit, quòd tenet Palum in capite à Domino Rege (*f*), quod eſt feudum III. mi-

---

(e) De Camerario confer quae infra *not.* (r) differemus.

(f) Saepe in hoc albo leguntur formulae, *tenere in capite a Rege*, ac *tenere ab alio*, ideſt comite, vel barone. Prior ſignificat feudum, quod a ſolo Rege confertur; poſteriori vero ſubfeudum, quod vel a Rege & barone ſimul dabatur, vel ſolius baronis conſenſu. Feudum itaque *capitale*, ſeu *in capite* eſt feudum nobile cum vaſſallis a Rege conceſſum, ut comitatus, baronia &c. Fridericus II. conſt. *honorem noſtri diadematis, tit. de uxor. non ducend. ſine permiſſ. Curiae* cavit, *ut nullus comes, baro, vel miles, vel quilibet alius, qui baronias, caſtra, vel feuda IN CAPITE A NOBIS TENEAT, vel AB ALIO, quae in quaternionibus dohanae noſtrae inveniuntur in ſcriptis*, inconſulto Rege uxorem ducat. Idem Fridericus conſt. *ut univerſis, tit. de ſervand. honor. comitib. &c.* commemorat *comites, barones, & eos, qui a nobis tantum feuda IN CAPITE tenent, non qui comitibus, & baronibus aliis teneantur.* Rurſus conſt. *ut de ſucceſſionibus, tit. de ſucceſſ. nobil. in feud.* meminit *comitum, & baronum, & eorum omnium, qui feuda a nobis IN CAPITE tenent, vel ab aliis etiam.* Apud Anglos etiam feudum a Rege conceſſum *tenere in capite* dicitur, ut eſt apud Matthaeum Pariſ. *ad an.* 1231. Ceterum labuntur qui feudum *capitale* ſeu *in capite* illud eſſe docent, quod a Rege, aut eo, qui ſupremo iure gaudet, dependet. Conſtat enim ex hoc catalogo, feudum capitale ab alio quam

militum. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes VI.

7. Boamundus de Cagnano dixit, quòd tenet medietatem Nohe, & eſt feudum II. militum: & in Botonto feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites VIII. & ſeruientes VIII.

8. Iudex Maior Botonti dixit, quòd tenet Luſitum, quod eſt feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III. & ſeruientes IV.

9. Guillelmus de Tuulla dixit, quòd tenet medietatem Nohe, quod eſt feudum II. militum: & in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes ——

## C V R I A.

10. Hugo Fraſcenete tenet in feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

11. Riccardus de Carbonaria dixit, quòd tenet Car-

---

quam a Rege, aliove ſummo principe, dependere; ibi enim occurrit *Francarius tenet Bitriƈtum in capite a domino Rege*, *Rogerius Flamengus tenet Palum in capite a domino Rege &c.* itemque *Robertus de Monte Malo tenet in capite ab ipſo Comite Sanƈtum Georgium*, *Berardus de Calvello tenet in capite de praediƈto comite Licinoſum &c.* Sane feudum tenetur in capite, ſive quis teneat a Rege, ſive teneat a barone, rege conſentiente. Haec feudiſtica locutio a Nortmannis & Suevis uſurpata eſt. Inde doƈtores noſtri poſt Iſerniam diſtinƈtionis gratia adhibuerunt diƈtiones *immediate*, ac *mediate*; ita ut *tenere immediate in capite* ſignificet feudum, quod a ſolo Rege tenetur; *tenere mediate in capite* deſignet ſubſeudum, quod mediate a Rege, immediate a barone tenetur.

Digitized by Google

Carbonariam, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes II. (*g*).

12. Petrus filius Guillelmi Briſardi, ſicut dixit Robertus de Beneth, & Riccardus de Carbonaria, tenet in Cilia feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

13. Robertus filius Guillelmi Gurgulionis dixit, quòd tenet Aquamuiuam, quod eſt feudum V. militum, & cum augmento (*h*) obtulit milites XII. & ſeruientes XXX.

14. Robertus Spirlintus, ſicut inventum eſt in qua-

---

(g) Sub Nortmannis feudatarii tempore belli tenebantur praeſtare Regi ſervitium militare non ſolum perſonis ſuis, ſed etiam ſecum ducendo certum *militum*, & *ſervientium* numerum pro ratione redituum feudi ſui; quorum frequentiſſima in hoc albo iniicitur mentio. Milites autem non pedites, ſed equites erant, tunc *milites* dicti; quorum ſinguli, praeter equum bene inſtructum, ſecum ducere debebant unum, duoſve ſcutiferos equitantes, qui domini clypeum & lanceam deferrent, ac urgente neceſſitate etiam ipſi dimicabant, vel equum ſuum & arma praebebant, ſi ea dominus in praelio amiſiſſet: atque hi in catalogo noſtro modo *ſervientes*, modo *pedites* nuncupantur.

(h) Ex noſtro Catalogo non quantitas modo ſervitii innoteſcit, verum etiam illud difficillimis quibuſdam temporibus auctum fuiſſe maiori numero *militum*, & *ſervientium*. Eiuſmodi augmentum commune & univerſale erat, namque in praeſenti albo barones fere omnes exhibent incrementum taxae ſuae. Adhaec augmenti quantitas erat dimidium & amplius ſervitii feudo indicti. Ita fere ubique in hoc Catalogo legitur: *Guillelmus de Tot tenet Sanctum Nicandrum, quod eſt feudum X. militum, & cum augmento debet dare milites XX. Guido de Venuſio tenet in Caſamaſſima feudum III. militum, & cum augmento obtulit milites VII. & ſervientes VIII. &c.*

quaternionibus Curiæ (*i*), tenet Turritum, quod eſt feu-

(i) Saepiſſime in hoc catálogo, cum de feudatariorum ſervitio agitur, *ad quaterniones Curiae* appellatur, & ſecundum eos definitur. Sub primis Nortmannis civitates, caſtra, terrae in feudum datae, ac militare ſervitium, continebantur in libris, quos aetas illa *defetarios*, ideſt de feudis, nuncupavit, inque regio palatio adſervabantur. Eiuſmodi volumina ſub Gulielmo I. perierunt, impetu adverſus eum & regiam domum facto; tum iuſſu ipſius Regis reſtituti ſunt opera Matthaei Notarii. Audiatur Hugo Falcandus *de calamit. Siciliae* apud Caruſium *biblioth. Sicul. T. I. p.* 440.: *Cum autem eis* (ideſt familiaribus Regis, qui erant Ricardus Electus Syracuſanus, Silveſter Comes Marſicenſis, & Henricus Ariſtippus) *terrarum, feudorumque diſtinctiones, rituſque & inſtituta Curiae prorſus eſſent incognita, neque libri conſuetudinum, quos defetarios appellant, potuiſſent poſt captum palatium inveniri, placuit Regi, viſumque eſt neceſſarium, ut Matthaeum Notarium, eductum de carcere, in priſtinum officium revocaret: qui cum in Curia diutiſſime Notarius extitiſſet, Maioniſque ſemper adhaeſiſſet lateri, conſuetudinum totius Regni plenam ſibi vindicabat notitiam, ut ad componendos novos defetarios eadem prioribus continentes putaretur ſufficere*. Poſtea libri defetarii ſub ipſis Nortmannis vocati *quaterniones Curiae* (item *quaterniones*, & *quinterniones dohanae*) quorum in catalogo noſtro mentio haud rara, hoc eſt magna volumina, in quibus feudorum conceſſiones, ſervitia, iuraque Curiae deſcripta erant. Horum meminit etiam Fridericus II. conſt. *magnae Curiae lib. I. tit.* 40.: *De Comitatibus videlicet, baroniis, civitatibus, caſtris, & magnis feudis, qui IN QVATERNIONIBVS dohanae noſtrae baronum inveniuntur in ſcriptis*. Et conſt. *iuſtitiarii nomen, tit. de offic. iuſtitiariat.*: *De caſtris, & baroniis, & magnis feudis, quae IN QVATERNIONIBVS dohanae noſtrae ſcripta ſunt*. Sub Friderico II. aliiſque Regibus inſtrumenta fiſcalia adſervabantur in caſtris civitatum Canuſii, ac Luceriae, unde ad ſe Neapolim tranſtulit Carolus I. Andegavenſis, ut ex eius

Digitized by Google

feudum IV. militum, & Iohe, quam tenet de Prin-

---

eius diplomate in *Regeſt. ſign.* 1290. *A fol.* 145. quo mandatur Angelo de Marta, *quatenus ſtatim receptis preſentibus ad caſtra noſtra Canuſii, & Lucerie . . . te perſonaliter conſerens . . queras, & invenias, & tecum ad Curiam noſtram portes inſtrumenta, ſeu aliqua ſcripta de permutationibus factis inter quondam Freduicum olim Imperatorem, & alios Dominos, qui fuerunt pro tempore, & eccleſias, ac de alienationibus, & cenſualibus, nec non de ſententiis latis per contra eccleſias, & privatas perſonas; eos nec non Regiſtra omnia de tempore predicti Imperatoris, & quaternos &c. collectarum de tempore ſupradicto.* Ex alio eiuſdem Caroli I. diplomate in *Regeſt. ſign.* 1280. *C. fol.* 71. *a t.* compertum eſt, Neapoli regium archivum extitiſſe; is enim iuſſit Capitaneum Regni iniungere *Cuſtodibus Archivi noſtri Neapoli commorantibus*, ut in eo invenirent rationes quorumdam ſuorum colonorum. Idem liquet ex diplomate Caroli Principis Salerni an. 1284. *in Regeſt. ſign.* 1283. *A. fol.* 121. quo praeſcribitur *Cuſtodibus Archivi Regii Neapolis*, ut traderent quibuſdam officialibus ſuis diverſas ſcripturas, ibi exiſtentes, quae pertinent ad officium Portulaniae Siciliae, quam Ioannes Carbonus *geſſit ad credentiam ſub felici dominio domini patris noſtri*. Ex alio diplomate eiuſdem Caroli, iam Regis noſtri ( in *Regeſt. ſign.* 1299. *B. fol.* 197. ) colligitur, Carolum I. eius patrem, praeter archivum in hac urbe principe poſitum, alium etiam habuiſſe in caſtro Melfienſi. Integrum diploma hic appingere non poenitebit: *Karolus ſecundus &c. Gulielmo de Pontiaco militi, & Andree de Yſernia iuris civilis profeſſori magne Curie noſtre Magiſtris Rationalibus dilectis Conſiliariis, familiaribus, & fidelibus ſuis &c. Cum beneplaciti noſtri ſit, ut quaterna, & Regiſtra omnia Curie noſtre de tempore ſcilicet dominii clare memorie domini patris noſtri, que in caſtro noſtro Melfio conſervantur, in quibus continentur nomina, & cognomina Comitum, Baronum, & Feudariorum Regni noſtri Sicilie, Caſtra, & feudalia bona in capite, & immediate a Curia noſtra tenentium; nec non monſtra facta, & pe-*

Principatu Tarenti, & eſt feudum III. militum.
& cum

---

*& pecunia per eos pro adohamento, ſeu feudali ſervitio tempore predicto ſolum, querantur, & inveniantur, ac ab inde Neapoli deferantur. Fidelitati veſtre precipimus, quatenus viſis preſentibus unum de Auditoribus rationum Curie noſtre deputatis vobiſcum, quem ad id ſufficientem, & ydoneum videritis ad Caſtrum ipſum, cum omni celeritate qua expedit tranſmittatis, qui quaternos, & regiſtra querat, & inveniat, ac ab inde illa extrahat, ſeu extrahi faciat, deinde per vos aput Neapolim, cum juſtis, & moderatis expenſis, de pecunia proventuum dicti officii rationum, authoritate preſentium faciendis, ſine dilatione aliqua tranſmittenda. Nos enim Caſtellano dicti Caſtri Melſie per alias noſtras ſubiungimus litteras, ut illum quem ad Caſtrum ipſum pro negotio predicto vos ambo, vel alter veſtrum miſeritis, dictum Caſtrum intrare, ac quaternos, & regiſtra predicta querere, & invenire, ac ab inde illa extrahere, juxta requiſitionis veſtre litteras, ſibi propterea deſtinandas, ſine aliqua contradictione permittat; & pro ſua cautela inde ſufficientem ſcriptum recipiat ab eodem, continens quaternos, ac regiſtra ipſa, ac tempus, & Indictionem ipſorum. Datum Neapoli per Magiſtros Rationales &c. die 11. Julii XII. Indictionis.* Quum vero Regium Archivum huius metropoleos antea non certo fixoque loco conſiſteret, Robertus Rex transferri iuſſit in domos a ſe coemtas prope eccleſiam S. Auguſtini, in quibus etiam *Regia Sicla* exercebatur, uti conſtat ex diplomate Ioannae I. in *Regeſt. ſign.* 1344. *A. fol.* 109. ubi legitur: *Statutum fuiſſe olim.... per eumdem dominum avum noſtrum ſuper faciendo conſtrui certa nova, & reparari certa vetera edificia in Regalibus domibus noſtris Neapolis prope eccleſiam fratrum Heremitarum S. Auguſtini, in quibus tunc exercebatur, & nunc exercetur Regia Sicla noſtra, & Archivus etiam conſervatur.* Quumque diu R. Archivum in iis domibus extitiſſet, etiamnum *Archivum R Siclae* appellatur, quamvis inde ab Alphonſo I. in Regia Camera Summariae fuerit collocatum; unde etiam Archivum *R Camerae* audit. In hoc publico totius Regni tabulario adſervantur volu-

& cum augmento obtulit milites XIV. & ſeruientes XL. In quaternionibus vero Tarenti (*k*) ſcriptum eſt, quòd debet ſeruire de ipſo caſtello Iohe cum augmento, quod ei pertinet.

## C V R I A.

15. Elias Sclauus tenet Balleczanum, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes X.

16. Guillelmus de Oria tenet Mallanum, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

17. Hugo de Altauilla dixit (*l*), quòd tenet in

---

lumina *Quinternionum*, quae continent omnia feudorum quaternatorum privilegia, inveſtiturarum, donationum regalium totius Regni, itemque regios adſenſus, & feudorum refutationes; atque *Cedularium*, quod volumen ſervitia, adohas, & relevia, a ſingulis Regni baronibus Regi ſolvenda complectitur. Conf. Toppium *de origin. Tribunal. lib. III. cap.* 4. *T. I.*

(k) Ex hoc loco habes, non modo in caſtris Canuſii, Luceriae, & Melfiae, verum etiam Tarenti quaterniones Curiae adſervatos fuiſſe.

(l) In albo noſtro ſaepe occurrunt verba, *dixit*, *ſicut dixit*. Nimirum libri *defetarii*, quibus feudales Regni conceſſiones & ſervitia continebantur, ſub Gulielmo I. coniuratorum agmine in domum auguſtam irruente, exciderunt; tum opera Matthaei Notarii, illarum conſuetudinum peritiſſimi, reſtituti ſunt. Ea vero peritia inſtructus eſſe non potuit Matthaeus, ut ſingulorum feudorum qualitatem, quantitatem, ſervitia, fines in numerato habuerit.

in Botonto feudum II. militum . & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes IV.

18. Rael de Petramala dixit, quòd tenet in Botonto feudum I. militis & quarti, & cum augmento obtulit milites III. & ſeruientes III.

19. Filius Guillelmi de Auregnes dixit, quòd tenet in Botonto feudum I. militis, & in Beteĉta feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes IV.

20. Peregrinus de Melphia dixit, quòd tenet in Botonto feudum I. militis . & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

21. Sicardus Lombardus, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

22. Iohannes Marchiſanus tenet in Botonto feudum I. militis, quod fuit Guillelmi de Alto Iohanne ; quod eſt I. militis . & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

23. Raul de Genſiano dixit, quòd tenet in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

24.

---

rit. Hinc quum dubium exſurgeret, R. Curia barones, comites, alioſque interrogabat, quantum ſervitii praeſtari oporteret pro feudi reditu. Si enim ſervitii quantitatem, & militum numerum in his libris deſcriptum inveniſſet, fruſtra dixiſſet, *ſicut dixit*. Quum vero de qualitate feudi, & ſervitio conſtabat, adhibitam legimus formulam, *ſicut inventum eſt in quaternionibus curiae*. Hodie ex *Cedulario* R. Camerae conſtat, quantum adohae, & relevii cuique feudatariorum pendendum ſit.

24. Vxor Guillelmi Seneſcalci, ſicut dixit Robertus de Beneth, tenet in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes V.

25. Filia Guillelmi Gallipoli, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes II.

26. Raynaldus Tallaboſcu dixit, quòd tenet in Botonto feudum I. militis, & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes II.

27. Criſpinus de Grauina dixit, quod tenet in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

28. Alexander Lepuier, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Botonto feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

29. Ferraczanus Venuſij, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſervientes III.

30. Guillelmus filius Simonis tenet terram (*m*), quæ fuit Guillelmi Rapollenſis: quam tenuit in Botonto; & eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.



(m) *Terra*, praedium, ager. Fridericus II. conſt. *poſt mortem baronis*, *tit. de morte baronis nunciandi* iuſſit, baronis vel militis mortem R. Curiae denunciari, *ſive ſit caſtrum*, *ſive ſit terra plana*. Hoc loco *caſtro* opponitur *terra plana*: illud enim terra habitata; haec vero inhoſpita erat.

## C V R I A.

31. Robertus Seneſcalcus, ſicut ipſe dixit Robertus de Beneth, tenet in Botonto feudum I. militis. & cum augmento obtulit militem I. Et de hoc quod tenet in Barolo, & præcepimus Angot de Archis, vt illud inquireret, & ipſe dixit quod eſt feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

32. Elias de Sclauo dixit, quod tenet Campolum, & ſicut dixit, eſt feudum dimidij militis, & cum augmento obtulit militem I.

33. Guillelmus de Tualla dixit, quòd tenet Rutilianum cum caſali (*n*), quod eſt de tenimento (*o*) ipſius Rutiliani; quod, ſicut dixit, eſt feudum VII. militum, & cum augmento obtulit milites XV. & ſervientes XX.

Milites LXXXVIII. & quartum.

ITEM

---

(n) *Caſale*, certus caſarum numerus, villa, ſuburbanum. Hugo Falcandus p. 680.: *Duas ei villas optimas, quae Siculi caſalia vocant, dari fecit*. Conſ. Dufreſne in *Gloſſar. med. & infim. Latinit. h. v.*

(o) *Tenimentum*, *tenementum* apud ſequiores ſcriptores modo territorium ſeu diſtrictum alicuius loci, modo praedium, quod de domino tenetur, ſignificat, uti videre eſt in Chronico Farſenſi apud Murator. *S. R. I. T.* 2. *part.* 2. *col.* 236., in Chronico Dominici de Gravina apud eumdem Murator. *T.* 12. *col.* 552. & in Chronico Siciliae apud Martene *T.* 3. *Anecdot. col.* 8. & 26.

Digitized by Google

## ITEM DE PROPRIO FEVDO COMESTABVLIAE TERRAE BARI MILITES.

*Iſti ſunt Milites Baroli de Comeſtabulia Angot de Arcis.*

34. GVillelmus de Malaherba dixit, quòd tenet in Caurato feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

35. Filii Henrici Loeregni, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenent in Caurato feudum I. militis. & cum augmento obtulerunt milites II. & ſeruientes III.

36. Raul de Alemagno, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Caurato feudum I. militis; & in Barolo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes IV.

37. Petrus de Principatu dixit, quòd tenet in Caurato feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes II.

38. Hugo Lugactu dixit, quòd in Barolo tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

39. Vmfridus Bonellus dixit, quòd tenet in Barolo feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I. & ſeruientes II.

40. Galganus filius Iordani dixit, quod tenet in Caurato feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

41. Riccardus filius Iordani dixit, quod tenet in Caurato feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

42. Guillelmus Cebronus, ſicut ipſe dixit, tenet in Caurato villanos VIII. & in Barolo domum I. de quo obtulit cum augmento militem I.

43. Simon de Partenico, ſicut dixit Angot de Archis Comeſtabulus (*p*), tenet in Caurato feudum I. militis. & cum augmento milites II. & ſeruientes II.

44. Floriana vxor Berardi de Berſentone (*q*), ſicut di-

(p) Comeſtabulus erat, qui copiis imperabat, reſque militares gubernabat. De eo ſuſe actum in noſtr. *element iur. public. Neapol. lib.* 1. *cap.* 3.

(q) Ex pluribus albi noſtri locis conſtat, ſub Nortmannis etiam mulieres feuda in Regno tenuiſſe. At qui tunc mulieres ad feuda pervenerunt, quae ſunt maſculorum domi militiaeve inſervientium merces? Id aut ex cauſſa dotis, aut dotarii repetendum eſt. Iure feudiſtico vaſſallus feudum filiae, alterive in dotem ſine conſenſu domini dare vetatur; ſecus feudo cadit, II.F.9. At Guglielmus I. conſt. *fratribus, tit. de fratribus obligantib. part. feud. &c.* cavit, ut ſi baro plura habeat feuda, unum in dotem det ſorori, ſi alodia deſint, inconſulto Rege; ſin unum, obliget partem feudi pro dote conventa in pecunia, modo nuptiae venia Regis contrahantur: *Fratribus*, inquit, *ob dotes ſororum ſuarum, ſi mobilia, vel hereditagia* (ideſt *alodia*) *non habeant, ſororibus ſuis partem feudi permittimus obligare: & ſi etiam tria feuda, aut plura habeant, unum ex eis in dotem ſorori dare poſſunt &c.* Porro priſcis Regni legibus licebat baroni dotarium in feudo uxori conſtituere ſine conſenſu Regis, uti ſtatuit Rogerius I. conſt. *ſi quis baro, tit de dotario conſtituendo in feudis & caſtris*. Eius filius Gulielmus I. conſt. *mulier, tit. de dotariis conſtituendis* cavit, ut mortuo viro, qui feudum in dotario dederit, uxor quae remanſit domina uſufructuaria dotarii, praeſtet iuſiurandum fidelitatis ei, qui remanſit dominus baroniae, ſcilicet, ut aſſecuret eum de vita, membris, & captura perſonae, praeſtetque ſervitium Curiae ad ſubmonitionem ipſius domini

dixit Angot de Archis, tenet feudum I. militis in Caurato. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes II.

45. Altruda vxor Hugonis Blanci, ſicut dixit Angot Comeſtabulus, tenet in Caurato, & in Barolo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes II.

46. Freſelengda vxor Brilieni Schifiadei dixit, quòd tenet in Caurato feudum dimidij militis. & cum augmento militem I. obtulit.

47. Boamundus Trauallie dixit, quòd tenet in Caurato feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

48. Galganus de Altauilla dixit, quòd tenet in Caurato feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

49. Rogerius filius Girohy dixit, quòd tenet in Barolo feudum II. militum. & cum augmento milites IV. obtulit, & ſeruientes IV.

50. Goffridus Columbellus tenet in Barolo villanos II. (*r*) & affidatos VI. (*s*) & domos. de

---

mini baroniae. Ex duobus his fontibus feuda ſub Nortmannis ad feminas defluxerunt. Primum enim a Friderico II. conſt. *ut de ſucceſſionibus*, *de ſucceſſ. nobil. in feud.* feminae, deficientibus maſculis, ad feudi ſucceſſionem admiſſae ſunt, a qua iure Longobardiae, quod ſub Nortmannis viguit, repellebantur. Videtis noſtra *Element. iur. feudal. lib. II. cap. 6. §. 5. ſeqq.*

(r) De *villanis* agetur infra *not.* z.

(s) Sub Nortmannis barones Regni noſtri *Affidatos*, habebant. *Affidati* erant homines ingenui adventitii, qui ſe domini alicuius patrocinio ac tutelae, fide data, & ſacramento interpoſito, addicebant & commendabant: unde

de quo cum augmento obtulit militem I.

51.

---

unde etiam *Commendatarii Commendati*, & *Recommendati* dicuntur. De iis agit Fridericus II. conſt. *cum univerſis*, *tit. de hominibus demanii affidatis non tenendis*, qua certis poenis vetuit, *ut in terris demanii noſtri nulli omnino liceat AFFIDATOS, vel RECOMMENDATOS habere, vel dudum non ſine offenſa noſtrae Celſitudinis habitos retinere: niſi de habitis a quocumque tempore retroacto, vel in poſterum habendis a nobis, vel divis Regibus, vel Auguſtis praedeceſſoribus noſtris privilegium, vel ſcriptum debita ſolemnitate munitum oſtendat*. Idem Rex noſter conſt. *ſi dubitatio*, *tit. de probatione per inſtrumenta publica ſuper quaeſtione homagii* cavit, duo requiri, *ut homines, quos aliqui in civitatibus & caſtris noſtri demanii tenent, AFFIDATORVM vel RECOMMENDATORVM iure ad noſtrum demanium nequeant advocari, videlicet, quod praedictis praedeceſſorum noſtrorum temporibus homines ipſos ipſi vel anteceſſores ſui tenuerint, & quae in eiſdem temporibus, vel ab ipſis vel praedeceſſoribus ſuis de feudo, vel hereditagio* (alodio) *ſuo tenuerint aliquid, propter quod homines ipſorum merito cenſeantur*. Recommendatos ſic deſcribit Roffredus Beneventanus, ipſius Friderici II. Conſiliarius, in *tract. de iudicior. ordin.*, *tit. de vaſſallis*: *Recommendati dicuntur, qui veniunt ab alienis partibus, & habitare volunt in civitate tua: eligit patrocinium tuum, & dicit: Domine volo eſſe tuus Recommendatus, ut habeamus tuam defenſionem annis ſingulis, & ſerviam in Paſcha, vel in Natali duas gallinas, vel libram piperis, vel aliquid aliud. De iſtis multos invenies apud Neapolim in villis eorum, & Bononiae. Iſti de iure nihil aliud debent conferre. Sed Neapolitani ab illis multa exigunt, & fere omnia exigunt, quae exigunt domini a vaſſallis*. Nemini itaque licebat homines demanii affidatos vel recommendatos habere, niſi a Principe licentiam impetraverint, vel certe eo iure gauderent: nam barones Regni id iuris habebant. Charta Willelmi II. Siciliae Regis an. 1179. apud Ughell. Ital. Sacr. T. 7. p. 984: *Poteſtatem induimus ad opus ipſius eccleſiae 25. homines Affidandi iuxta uſum & conſuetudinem*

ec-

51. Flandena filia Hugonis Gaċti, ſicut dixit Angot, tenet feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

52. Sanſon de Barolo dixit, quòd tenet in Barolo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſervientes III.

Feuda militum de prædiċta Comeſtabulia Angoth de Archis XXIX. & medij, cum Cannis.

## COMITATVS (*t*) GRAVINAE.

53. Comes Gilbertus Grauinenſis tenet Cannas, quod

---

*eccleſiarum & baronum illarum partium, qui poteſtatem habent homines affidandi.* Innocentius III. lib. II. ep. ad Acheruntinum Archiepiſc.: *Auctoritate praeſentium indulgemus, ut homines, qui ſe tibi vel eccleſiae tuae recommendare voluerint, quod ſecundum terrae conſuetudinem AFFIDATIO nuncupatur . . . tibi recipere liceat, & abſque contradictione cuiuslibet retinere.* Charta Guillelmi Comitis an. 1179. apud eumdem Ughell. T. 7. p. 704: *Concedimus etiam eidem eccleſiae & Prioribus eiuſdem liberam poteſtatem AFFIDANDI 65. homines, cum eorum familiis ex aliis partibus Adventitios in loco Raye ... videlicet per demanium & ſupra demanium noſtrum: quos volumus ſemper habere poteſtatem emendi hereditagia ab hominibus noſtris Marſici &c.* Effectum & vim Affidationis declarat Charta anni 1145. apud eumdem p. 1071.: *Et habeat liberam poteſtatem AFFIDANDI & recipiendi in dominio ſuo & in iuriſdictione ſua omnes homines, qui voluerint recipere dominium ipſius eccleſiae &c.* Videſis eumdem Ughellum p 978. 983. 984. & T. 9. p. 97. 98.

(t) *Comitatus* hoc loco eſt comitis territorium. Papias: *Comitatus, comitis dignitas, vel terra, ſive tantum ſpatium, quantum unus Comes tenet.* Hoc ſenſu *comitatus* nomen inde uſque a Carolo M. uſurpatum fuiſſe, probat Mabillonius *in addit. ad calc. lib. VI. de re diplomat.* Eadem vox occurrit apud Gulielmum Apulum *lib. I. de geſt. Nortman.*

Digitized by Google

quod eſt feudum IX. militum. & cum augmento obtulit milites XVIII. & ſeruientes XVIII.

54. Idem Comes Gilbertus de Gravina, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ. Dæmanium ſuum Grauinæ eſt feudum militum VIII. & de Spinaczola IV. militum. & de Florentia eſt demanium ſuum militum IV. Demanium ſuum de Pulignano eſt feudum IV. militum.

Demanium prædicti Comitis G. de Gravina milites XX.

*Iſti ſunt, qui tenent de eodem Comite.*

55. ANtenorus AltiIohannis, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Grauina feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

56. Riccardus Cebronus tenet in Grauina feudum I. militis, quod fuit Roberti filij Auerardi, & cum augmento obtulit milites II.

57. Guillelmus de Trigarico, & Guillelmus Malaopera, & Raynaldus de Bellocampo dixerunt, quòd tenent in Grauina feudum I. militis. & cum augmento obtulerunt milites II.

58. Accardus dixit, quòd tenet in Grauina villanos XXIV. feudum ſcilicet I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

59. Domina (*u*) Aduyſa tenet in Spinaczola feu-

(u) *Domina* hic eſt feudatariorum uxor. Huc facit Gulielmi I. conſtitutio *mulier*, *de dotar. conſtit*. ubi ait: *Ad ſubmonitionem praeterea domini baroniae, DOMINA, quae*

feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

60.

---

*quae dotarium tenet . . . Iniuſta etiam gravamina hominibus dotarii illata, DOMINA per dominum baroniae, vel feudi emendare tenetur. Homines dotarii debent aſſecurare DOMINAM.* Nobilium uxores, etiam a maritis ſuis in Actis publicis *dominas* appellatas fuiſſe, teſtatur Mabillonius *de re diplomat. p.* 900. Vocabula honoris & dignitatis *domnus*, & *domna*, apice ex *domini* & *dominae* voce reiecto, iam ante medium aevum occurrunt. Ea olim ethnici numinibus ſuis tribuerunt, uti conſtat ex lapidibus apud Urſatum in *marmorib. erudit. T. I. pag.* 4. & Donium *Inſcrip. p.*311. Uxores etiam honoris gratia *domnae* a veteribus dictae, uti docet Graeca inſcriptio apud Aringhum *Rom. Subterran. T. II. p.* 20. Eodem nomine ſacrorum in primis Myſtae, clientumque patroni, & praecipue Imperatores condecorati ſunt, uti videre eſt apud Donium *cit. loc. p.* 68., & Fabrettum *in Syntagmat. de columm. Traian. p.* 205. & *in Inſcript. p.* 120. Clariores viri & feminae *domni* & *domnae* nomine honeſtabantur. Commodianus ſaeculi tertii ſcriptor *Inſtruction. LIX.* vocem *domnae* attribuit matronis, ceu feminis illuſtribus. Eadem vocabula veteres chriſtiani uſurparunt honoris & pietatis gratia. Apoſtolorum princeps *Domnus Petrus* audit in argenteo Diſco, Conſtantiniana tempora referente, apud cl. Fontanin. *in comment. de Diſc. Alban.* In coemeteriali tabula apud Reineſ. *Inſcript. p.* 972. legitur *Domnus Hippolytus.* Barbaricis potiſſimum temporibus Summi Pontifices, Reges, Epiſcopi, Abbates, Monachi, & viri illuſtres *domini*, ac per ſyncopen *domni*, adpellati ſunt; mulieres vero genere, vel dominatu illuſtres, ac moniales plurimae *domnae* ac *dominae*. Veterem morem ſecutus Gregorius M. *lib. VI. ep.* 27. ſcribit: *Glorioſiſſimas filias meas DOMNAM Dominicam, & DOMNAM Euſtochium vice mea ſalutato.* Conſ. etiam Menard. *not. ad Concord. Regular. S. Benedict. p.* 1022. Cangium *in Gloſſar. h. v.* & Matth. Iacut. *commentar. in ſepulcral. Bonuſae & Mennae titulum p.* 21. *ſeqq.*

60. Guillelmus Pictarie dixit, quòd tenet in Spinaczola dimidij feudum militis. & cum augmento obtulit militem I.

61. Raymundus tenet in Florentia feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

62. Goffridus de Francauilla dixit, quòd tenet in Florentia feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

63. Magiſter (x) Roſinus dixit, quòd tenet in Florentia feudum I. militis; & cum II. villanis, quos tenet in Grauina, cum augmento obtulit milites II.

64.

(x) *Magiſter*, titulus honorarius, quo donantur viri ab honoratioribus ſecundi. Romani in variis magiſtratibus & officiis adhibuerunt nomen *Magiſtri* ad praefectum denotandum. Ita in Romanis monumentis paſſim occurrunt *Magiſter militum*, qui copiis militaribus praeerat, *Magiſter Sacrorum Scriniorum*, ſeu Cancellarius Imperialis, *Magiſter Admiſſionum*, qui introducendis ad Imperatorem hominibus praefectus erat &c. Sub Nortmannis & Suevis obtinuit *Magiſtri* nomenclatura. Sub Gulielmo I. occurrit *Magiſter Capitaneus Apuliae*, & *Magiſter Notariorum Regis*, apud Romuald. Salernit. *in Chronic. ad an.* 1154. *&* 1166. In diplomate Reginae Conſtantiae an. 1196. apud Ughell. *Ital. Sacr. T. IX. de epiſcop. Scyllacenſ. n.* 11. inter alios villanos epiſcopo Scyllacenſi conceſſos a Rogerio Comite Siciliae & Calabriae, legitur: *Ioannes Magiſter cum filiis*. Sub Friderico II. Siciliae Rege leguntur *Magiſter Iuſtitiarius*, *Magiſter Camerarius*, *Magiſter Fundicarius*, *Magiſter Quaeſtorum*, *Magiſter Rationalis*, *Magiſter Colonorum*, *Magiſter Procurator*, nempe Fiſci &c. Vid. Conſtit. Sicul. *lib. I. t.* 14. 16. 36. 37. 38. 40. 57. 58. 59. 84. 87. *& lib.* 3. *t.* 36. Quin interdum nonnulli *Magiſtri* vocabantur ſolius honoris gratia. Vid. Petrum de Vineis *lib. III. ep.* 11.

Digitized by Google

64. Nicolaus de Brahi tenet de prædicto Comite Montem Milionem, quod eſt feudum VI. militum & plus. & cum augmento obtulit milites XII.

65. Guillelmus de Garreis tenet Bellum Montem de prædicto Comite, quod eſt factum IV. militum. & cum augmento obtulit milites XIV. & ſervientes VIII.

66. Rogerius de Caiuano tenet à prædicto Comite Caiuanum, & Sanctum Angelum, quod eſt feudum VI. militum. & cum augmento obtulit milites XII. & ſeruientes XII.

67. Matthæus de Tito tenet de eodem Comite Titum, quod eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes IV.

68. Guillelmus filius eius tenet de prædicto Comite Laurentianum, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes IV.

69. Robertus Petraperciate tenet in balio (y) de

(y) Feudum *tenere in balio*, ut hic, vel *in baiulo*, ut alibi legitur, eſt feudum adminiſtrare tutorio nomine. Sane pupillis feudum habentibus datur *balius*, ſeu *baiulus*, qui tutor eorum perſonas regat, bonaque omnia adminiſtret. Moribus Nortmannorum, ubi ſucceſſor feudi impubes erat, quod ad militiam idoneus non eſſet, dominus feudum recipiebat, ſibique illud retinebat, pupillumque pro dignitate alebat, vel alii feudum concedebat, qui eo frueretur, cum onere praebendi pupillo alimenta, qui *baiulus* dicebatur, donec feudatarius in ſuam tutelam veniret, ut fidem domino iurare, ſervitiumque militare exhibere poſſet, & tunc feudum illi reſtituebatur. Vid. Choppin. *lib. III. de doman. Francor. t. 19. n.* 20. Sub Nort-

de prædicto Comite Campum Maiorem, & Trefogiam, feudum III. militum: & cum augmento obtulit VI. milites, & IV. ſeruientes.

70. Alexander Marſici Veteris tenet de prædicto Comite Marſicum Vetus, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

71. Philippa quondam Marchioniſſa Grauinæ tenet in vita ſua Florentiam, feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII. Qua mortua, reuertetur ad prædictum Comitem Gilibertum.

## COMITATVS ANDRIAE.

72. Comes Bertheraymus Andriæ, ſicut inuentum eſt in quaternis Curiæ, demanium ſuum eſt Andria, feudum militum XIII. & in Minorbino feudum militum IV. & in Sancto Archangelo feudum militum VI. & de Policore feudum militum

---

Nortmannis noſtris, ac Suevis pupillis feudatariis proſpectum eſt per *balios*, ſeu *baiulos*; de quibus agit Fridericus II. conſt. *minoribus*, *tit. de iure balii*, & conſt. *ſi quando*, *tit. de poena foroiudicator. & balio dando eor. filiis*. Idem Fridericus Rex conſt. *in aliquibus*, *tit. de ſucceſſ. filior. comitum & baron.* inter alia cavit, ut, mortuo barone, eius filiae, ſi ſolae ſint, ſuccedant in feudo, remotioribus agnatis excluſis; ſibique feudorum cuſtodiam reſervat, donec minores femellae annum decimum quintum attigerint: *Si vero*, inquit, *minores filiae Comitum, baronum, aut militum ſuperſtites fuerint, ipſarum baiulum noſtra excellentia recipiat, ipſum vel ſibi tenendum, vel alii, qui ex fide illud debeat, iuxta approbatam Regni conſuetudinem &c.* Conf. noſtra elementa *iur. privat. Neapolit. part. 1. lib. I. cap. 5. §. 3. ſeqq.*

Digitized by Google

litum IV. & de Rocca milites II. & de Colobrara milites II. Demanium milites XXXI. & cum augmento milites LXXII. & ſeruientes CC.

*Iſti ſunt, qui tenent de eodem Comite Bertheraymo Andriæ. Curia.*

73. GVillelmus Rapollenſis, ſicut dixit, tenet in Andria feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

74. Guillelmus Cebronus, ſicut dixit Guillelmus Rapollenſis, tenet in Andria feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

75. Robertus Princeps, ſicut dixit Guillelmus Rapollenſis, tenet in Andria feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

76. Daneſius, ſicut dixit Guillelmus Rapollenſis, tenet in Andria feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

77. Iordanus de Neapoli, ſicut dixit Guillelmus Rapollenſis, tenet in Andria feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

78. Iacob, & Frater eius tenent in Andria feudum I. militis. & cum augmento obtulerunt milites II.

79. Robertus Pane & Vinum tenet in Andria feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

80. Rogerius filius Giroy, ſicut dixit Guillelmus Rapollenſis, tenet in Andria feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit I. militem.

81. Rogerius de Ogiano, ſicut dixit Guillelmus Rapollenſis, tenet in Sancto Archangelo feudum I. mi-

I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

82. Guillelmus Mareſcalcus, ſicut dixit Guillelmus Rapollenſis, tenet in Sancto Archangelo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

83. Grahelonus, ſicut dixit Guillelmus Rapollenſis, tenet in Sancto Archangelo feudum I. militis. & cum augmento milites II.

84. Raul filius Oberti tenet in Sancto Archangelo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

85. Filius Iohannis de Iuncato, ſicut dixit Guillelmus Rapollenſis, ipſe cum fratre ſuo tenet in Colubrara feudum I. militis. & cum augmento milites II. obtulit.

86. Goffridus de Partenico tenet de eodem Comitatu in Caſtello Nouo feudum VIII. militum. & cum augmento obtulit milites XVI.

87. Abbas Banciæ, ſicut dixit Guillelmus Rapollenſis, tenet Banciam de eodem Comitatu, quod eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VII.

88. Guillelmus filius Simonis tenet terram Guillelmi Rapollenſis, qui tenuit feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Feuda Militum de Comitatu Andriæ XXV. & medium.

Feuda Militum demanij, & ſervitij XCVII.

DE

Digitized by Google

## DE COMITATV CVPERSANI (z).

*Iſti ſunt Barones, qui tenent de Comitatu Cuperſani.*

89. RIccardus Maleƈta, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

90. Rogerius Flamengus tenet Grumum, quod, ſicut inventum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VII.

91. Riccardus de Roto, ſicut dixit, tenet feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VII. & ſeruientes VIII. Et hoc iuravit.

92. Girinus Andriæ, ſicut dixit, tenet in Terlitio feudum Pariſij Guarannonis, quod, ſicut ipſe dixit, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

93. Domini Lacumpenſilis, ſicut dixerunt, tenent feudum III. militum. & cum augmento obtulerunt milites VIII. & ſeruientes VIII. Et hoc iurauerunt.



(z) Ex hoc Catalogo conſtat, Regnum Apuliae ſub Nortmannis non in *provincias*, ut hodie, diſtinƈtum, ſed in multos *comitatus*, & nonnullas *comeſtabulias*, ſeu *Iuſtitias*; unde poſtea *iuſtitiarii* diƈti gubernatores, aut praeſides, ac *iuſtitiaratus* eorum provinciae. Sub Friderico II. Regnum noſtrum in novem *iuſtitiaratus* diſtinƈtum fuiſſe, liquet ex eiuſdem Regeſto an. MCCXXXIX. evulgato a Borrello *cit. loc. p.* 155. *ſeqq.* in quo recenſentur barones Regni, quorum cuſtodiae Imperator Galliae Ciſalpinae obſides tradidit.

Digitized by Google

94. Beregnerius de Miſſanello, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes V.

95. Domina Gloſæ, vt ipſa dixit, tenet feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes V.

96. Domini Toræ acceperunt in excambium (*a*) à Morellano Vineolam, quæ eſt feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtuberunt milites III. & ſeruientes IV.

97. Prædictus Morellanus dedit prædictam Toram Curiæ, & exceptio in excambium Oliuetum à Curia, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes IV.

98. Paganus Nobilis tenet in Rubo, & in Terlitio terram, quæ fuit Gottifredi Malinepotis, & eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites II.

99.

(a) *Excambium*, *Eſcambium*, idem eſt ac permutatio. Hoc ſenſu uſurpatur in Charta Azonis Epiſc. Atrebat. an. 1235. Et in Charta Ricardi I. Regis Angliae apud Radulſum de Diceto: *In Eſcambium autem praedicti manerii de Andeli . . . conceſſimus . . . omnia molendina &c.* Eadem ſignificatione *excangium*, *exchangia* ſumitur in Monaſtico Anglicano tom. 1. 326.: *Decem acras in excangio pro virgulto meo &c.* Et infra: *Dedi eis in exchangiam cornecroſtam vicinam ſuis aedificiis.* Hinc *excambiare* eſt permutare in Charta Ludovici Pii apud Mabillon. in *Actis Sanctor. Benedict. ſaec. IV. part. 1. p. 224.*, inque altera eiuſdem Imp. apud Baluz. *tom. II. Capit. col.* 1424. Et *cambium* eſt permutatio, ut in I. F. 22.: *Si quis fecerit inveſtituram, vel cambium de beneficio ſui militis &c.*

Digitized by Google

99. Danes Andriæ tenet in Terlitio feudum, quod tenebat Guillelmus Morellanus, & Guillelmus de Spelunca; quod, ſicut ipſe dixit, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Feuda de Comitatu Cuperſani XXIV. & medium.

Feuda Comitatus Andriæ, & Comitatus Cuperſani L.

## DE PRINCIPATV TARENTI.

### *De Comeſtabulia Comitatus Tricarici.*

100. ROgerius Comes Tricarici, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, demanium ſuum de Tricarico eſt feudum VIII. militum: de Albano feudum III. militum: de Petragalli feudum II. militum: de Culba feudum IV. militum: & de Sancto Iuliano feudum I. militis: & de hoc, quod tenet in Andria, feudum II. militum.

101. Demanium Comitis Rogerij de Tricarico Feuda militum XX.

### *Iſti ſunt qui tenent de eo.*

102. GVamarius Capuacij dixit, quòd demanium ſuum de Abriola, quam tenet de eo, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites V. & ſeruientes VI.

103. Gilibertus filius Saroli Montis Morconis dixit, quòd demanium ſuum de Monte Morcone eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit

tulit milites VI. & ſeruientes X.

104. Guillelmus Monachus dixit, quòd demanium ſuum de Tricarico eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. Quo mortuo, accepit baiulationem (*b*) terræ Raul frater eius.

105. Ioannes de Spinoſa dixit, quòd feudum ſuum de Spinoſa eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

106. Stephanus frater Hugonis de Oria tenet pauper feudum in Tricarico, & cum augmento obtulit ſe ipſum.

107. Epiſcopus Tricarici, ſicut dixit, tenet in Armento feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII. & ſeruientes XX. & in Monte Murro, ſicut dixit, tenet feudum VI. militum. & cum augmento obtulit milites XII. & ſeruientes XXX.

Inter feudum, & augmentum milites XX.
& ſeruientes L.

108. Beregnerius de Giſo emit Burganum in Prin-

(b) *Baiulatio* hìc eſt adminiſtratio, procuratio. Hinc *civitatis baiulus*, ideſt gubernator, in Chronico Romualdi Salernitani apud Murator. S. R. I. T. VII. col. 199. *Baiulatio* pro baiuli poteſtate uſurpatur a Gulielmo I. conſt. *crebra*, *tit. de iuramentis non remittendis a baiulis : Quod quidam baiuli noſtri uſque adeo ſuae BAIVLATIONIS extendunt officium &c.* In Charta Goffredi Comitis Cuperſani an. 1105. apud Ughellum *Ital. Sacr. T. VII. p.* 1072. *baiulatio* eſt gravamen : *Concedimus etiam, ut nemo ex hominibus ipſius eccleſiae . . . conſtringatur ullo tempore ad faciendam baiulationem, vel aliquam ſervitutem.*

Principatu Tarenti, &, ſicut ipſe dixit, eſt feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

## C V R I A.

109. Riccardus de Sancta Sophia tenet Riuiſcum, quod eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VII.

110. Amon dixit, quòd tenet in Picerno feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites III. & ſeruientes X.

111. Gualdinus de Gloſa emit medietatem Picerni, quæ fuit Pocamati, quod eſt feudum I. militis & medij. & cum augmento obtulit milites III. & ſeruientes X.

112. Glorioſus de Glorioſa dixit, quòd tenet de Glorioſa feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

113. Thomas de Caſtello Menzano dixit, quòd tenet feudum I. militis de Caſtello Menzano. & cum augmento obtulit milites II.

114. Goffridus Tortamanu dixit, quòd tenet Gallipolum de Montana, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

115. Vxor Guillelmi Monachi dixit, quòd tenet feudum I. militis de Triuinea. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

116. Vrſo de Ligorio tenet in Ancia feudum I. militis. & cum augmento obtulit II. milites.

117. Bernardus de Ligorio, ſicut ipſe dixit, tenet in Ancia feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

118. Vxor Leonis Malaſorte, & Dauit, ſicut dixit Raynaldus filius Fredaldi Camerarij (*c*), tenet in Ancia feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

## DE MONTE PILOSO.

119. RObertus filius Raynaldi Bellicampi, ſicut dixit prædictus Raynaldus Camerarius, tenet in Monte Piloſo & Grauina feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

120. Iordanus filius Raulis de Tricarico, dixit prædictus Raynaldus Camerarius, quòd tenet in Monte Piloſo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

121. Guillelmus Malaopera, ſicut dixit prædictus Raynaldus Camerarius, tenet in Monte Piloſo dimidij feudum militis. & cum augmento obtulit militem I.

122. Alexander de Petra, ſicut dixit prædictus Raynaldus Camerarius, tenet in Petra dimidij feudum militis. & cum augmento obtulit militem I.

123. Lambertus de Petra filius Eliæ, ſicut dixit prædictus Raynaldus Camerarius, tenet pauper feudum militis. & cum augmento ſeruiet ipſe.

124.

(c) Nomina complurium Camerariorum paſſim occurrunt in hoc albo. Camerarii autem erant, qui in provinciis publicam pecuniam curabant, & vectigalia tractabant. Conſ. noſtra *element. iur. public. Neap. lib. I. cap.* 3.

124. Abbas Sanctæ Mariæ Montis Piloſi, ſicut Raynaldus filius Fredi Camerarij curiæ ſignificando mandauit: de eo, quod tenet in Yrſo obtulit cum augmento milites X. & ſeruientes L. inter quos numeratus eſt Tancredo de Yrſo cum feudo ſuo.

125. Giuano Rubeus, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in capite de Principatu Tarenti in demanio Alianum ſuperiorem, quod eſt feudum III. militum, et Alianum inferiorem, quod eſt feudum III. militum, & Tur, quod eſt feudum II. militum, & Guardiam, quod eſt feudum II. militum.

126. Hoc totum tenet prædictus Giuanus, præter dodarium (*d*) vxoris Riccardi filij Giroy, quod

(d) *Dodarium*, ſeu *dotarium*, *dotalitium* barones Regni uxoribus ſuis conſtituebant ſuper feudo. Ipſi Reges iam inde a principio Reginis noſtris in dotarium adſignabant vectigalia, agros, ac vero etiam oppida, & civitates, quorum reditibus, quae ipſis privato uſui eſſent, ſibi pararent. Sic Gulielmus II. Rex noſter Ioannae uxori ſuae Henrici II. Angliae Regis filiae *in dotalitium conceſſit civitatem Siponti & civitatem Veſtae*, aliaque caſtella, uti videre eſt in Charta donationis apud Robertum Montenſ. *in appendic. ad Sigebert. ad ann.* 1178. Hovedenum *Annalib. Anglic. in Henrico II. ad an.* 1177. alioſque. Chronicon Dominici de Gravina apud Murator. S. R. I. T. XII. col. 557.: *Denique dicta Regina coepit ſe contentam oſtendere de matrimonio ſupradicto; & tradens ſorori ſuae dotem congruam, donavit illi pro ſuo DOTARIO Comitatum Albae, & in auro ſuper iuribus collectarum generalium Regni unciarum milliaria triginta duo*. Primus de dotario legem tulit Rogerius I. Siciliae Rex conſt. *ſi quis baro, tit. de dotario conſtituendo in feudis & caſtris*,

 qua

quod tenet in ſervitio filiorum :

Guardiam , & Tur.

Sunt de demanio milites X. & cum augmento milites XX. & ſeruientes XL.

127. Guirniſius de Guardia tenet in Guardia feudum I. militis.

Iſti ſunt qui tenent de prædicto Giuano.

128. Guillelmus de Cælum tenet de eo , ſicut dixit , in Aliano inferiori feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes IV.

129. Guillelmus de Meſſanello tenet de prædicto Alexandro fratre ſuo Meſſanellum , quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes IV.

130. Alexander de Gallipoli tenet de eo Gallipolim , quod eſt feudum I. militis . & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes IV.

Demanii , & ſeruitii prædicti Giuani .

Milites XXVI. cum augmento , & ſeruientes LII.

Et ſi neceſſitas fuerit in partibus illis , ſuper hoc , ibunt quotquot habuerit.

131. Robertus Petraperciatæ , frater Guillelmi

---

qua indulſit baroni vel militi tria feuda poſſidenti, dotarium in uno ex iis uxori conſtituere : duo autem, vel unum habenti , dotarium ei in pecunia adſignare ; quod ſi plura tribus feudis habeat , in uno etiam conſtituet, modo abſtineat a *caſtro* , *unde baronia nomen aſſumpſit*. Eius filius Gulielmus I. conſt. *mulier* , *tit. de dotariis conſtituendis* cavit , *ut mulier* , *quae dotarium habuerit in terra* , *poſt mortem viri heredem vel dominum baroniae de dotario aſſecurare teneatur &c.* Conſ. noſtra *element. iur. feud. lib. II. cap.* 10.

Digitized by Google

mi de Petraperciata tenet in balium de Principatu Tarenti Petram Perciatam, quod, ſicut dixit eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes VI. Et ſi neceſſitas fuerit in partibus illis, quotquot habere poterit.

132. Carbonus de Bellomonte tenet in capite de Principatu Tarenti Gracculum, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

133. Robertus Corniti tenet in capite de Principatu Tarenti Cornitum, quod, ſicut dixit Carſidonius frater eius, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit IV.

134. Margarita vxor olim Guillelmi Altilohannis, & filius eius tenent in capite de Principatu Tarenti Altum Iohannem, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum III. & cum augmento obtulerunt milites VI. & ſeruientes L.

## COMITATVS MONTIS CAVEOSI.

*Iſti ſunt Barones, qui tenent de Comitatu Montis C.*

135. GVillelmus de Caro dixit, quòd tenet de eodem Comitatu Sanctum Maurum, quod eſt feudum VI. militum, & Salandram, quæ eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites XVIII. & ſeruientes XX.

136. Patritius, qui duxit vxorem, quæ fuit Alberedi, tenet de eodem Principatu Gurgulionem

nem, quod eſt feudum II. militum, & Petram, quod eſt feudum I. militis, & Petrollam, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites IX. & ſeruientes XVI.

137. Sarolus Epiſcopus tenet de eodem Alberedo Caſtellum Roccæ, quod, ſicut dixit ipſe Alberedus, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes IV.

Summa demanij, & ſervitij prædicti Alberedi: cum augmento milites XI. & ſeruientes XX.

138. Mazarinus, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet de eodem Comitatu Caſtellionem, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes IV.

139. Patritius, qui duxit vxorem quæ fuit Alberedi de Doa, tenet in balio Montem Albanum, quod, ſicut dixit Guillelmus Petraperciata, eſt feudum V. militum. & cum augmento obtulit milites X. & ſeruientes X.

140. Paganus de Cyrillano dixit, quòd tenet de eodem Comitatu Cyrillanum, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites III. & ſeruientes IV.

141. Herbertus filius Herberti de Craco tenet cum terra ſua Cracum, & Gagnanum, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, ſunt feuda IV. militum, & in duplo VIII.

142. Riccardus de Camarda, ſicut dixit, tenet (e) Camardam, & Ferraczanum, quod eſt feudum

---

(e) *Tenere* dicitur, qui praedium a domino feudali dependens, inque eius feudo, vel dominio poſſidet: quo ſenſu ea vox in noſtro catalogo perſaepe uſurpatur.

Digitized by Google

dum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

143. Item Riccardus de Camarda tenet Ingurgum, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

144. Vxor Hugonis de Oria tenet Achium, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes VI.

145. Epiſcopus Anglonenſis, & homines de Anglonio obtulerunt VI. milites. & ſeruientes XL.

146. Fulco nepos Archiepiſcopi Acherontiæ tenet de eodem Comitatu Milliam, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

147. Iuliana uxor Adam de Garaguſa tenet de prædicto Comitatu Garaguſam, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes IV.

148. Goffridus de Pullano tenet Pullanum, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

149. Guaymarius Capuacij tenet de prædicto Comite Acceptorem, quod, ſicut dixit Rogerius Burdonus, eſt feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

150. Vxor, quæ fuit Alaymi de Pomarico, tenet in Pomarico feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.



Digitized by Google

151. Hugo de Berollo dixit, quòd tenet in Pomarico feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

152. Hugo de Turſo, ſicut dixit, tenet in Turſo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

153. Robertus Perſilingus tenet de Principatu Tarenti Iohi, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites VI. Et ſi neceſſitas fuerit in partibus illis, quotquot habere poterit.

154. Guillelmus de Oria tenet Palianum, quod, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

## COMITATVS LICII.

155. De terra Comitis Tancredi filij Domini Ducis Rogerij, quæ fuit Comitis Goffridi Montis Caueoſi, ſicut dixit idem Comes Goffridus, demanium ſuum de Licio eſt feudum X. militum, & de Carminea feudum III. militum, & de Oſtuno VII. militum.

Summa demanij prædicti Comitis Tancredi: Feuda militum XX. & cum augmento milites XL.

*Iſti ſunt, qui tenent de eo.*

156. AMardus Guarandus, ſicut dixit, tenet in Licio feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

157.

157. Rogerius Buchel, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Licio feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

158. Raynaldus de Trevento, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Licio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

159. Riccardus de Piſanello, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

160. Thomaſius Maneſcalcus, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

161. Stephanus Falconarius tenet in Licio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

162. Guimundus, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

163. Robertus de Arabod, ſicut ipſe dixit, in Licio tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

164. Aamen de Bonoſeculo, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

165. Ioczolinus de Tora, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites III.

166. Robertus Guaragne, ſicut ipſe dixit, tenet feudum I. & cum augmento obtulit milites II.

167. Sarolus de Caruigna, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum I. militis, & in Carui-

gna

gna feudum non integrum. & cum augmento obtulit milites III.

168. Robertus de Maſſafra, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

169. Robertus Bicot, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

170. Riccardus Biſcardus, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Licio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

171. Guido de Barolo, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

172. Girardus de Brictuno, ſicut ipſe dixit, tenet in Licio feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites V.

173. Raul filius Tipaldi, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Licio feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

## DE OSTVNO.

174. Guibertus de Campauino tenet in Oſtuno feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

175. Osbernus tenet in Oſtuno feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

## CVRIA.

176. Thomaſius de Sancto Iohanne, ſicut inuen-

uentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet demanium in Caſtro, feuda militum XIX. & in Piccardo feuda militum II. & in Alexano feuda militum V. & in Monte Sardo feudum militum IV.

Feuda demanij prædicti Milites XXX.

Et cum augmento obtulit milites CXXIII.

*Iſti ſunt, qui tenent de eo.*

177. RIccardus Guiſcardus, ſicut ipſe dixit, tenet in Caſtro feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

178. Robertus Muſtacze, ſicut ipſe dixit, tenet in Caſtro feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

179. Peregrinus, ſicut ipſe dixit, tenet in Alexano feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

180. Guillelmus Graſſus, ſicut ipſe dixit, tenet in Alexano feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites III.

181. Guillelmus filius Tibaldi, ſicut ipſe dixit, tenet in Monte Sardo feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

182. Hugo de Biaz, ſicut ipſe dixit, tenet in Piccardo feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

183. Filius Guilielmi de Oſtuno, ſicut ipſe dixit, tenet in Monte Sardo feuda II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

184. Goffridus de Specca, ſicut ipſe dixit, tenet in Monte Sardo feudum II. militum. & cum

cum augmento obtulit milites V.

185. Filiæ Iordanæ, ſicut dixerunt, tenent in Monte Sardo feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulerunt milites III.

186. Vnfredus de Guiuilla, ſicut dixit Raul de Sancto Iohanne, tenet in Caſtro feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites III.

187. Philippus de Sternacia, ſicut ipſe dixit, tenet in Alexano feuda II. militum. & cum augmento obtulit milites V.

188. Ioannes Philippi tenet in Alexano, quod tenebat Sarolus de Aſtiliano, quod, ſicut dixit Raul de Sancto Iohanne, eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

189. Riccardus Caluus, ſicut dixit Raul de Sancto Iohanne, tenet in Monte Sardo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

190. Raul Bagnardus, ſicut ipſe dixit, tenet in Caſtro feuda II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

191. Dionyſius, ſicut dixit Raul de Sancto Iohanne, tenet in Caſtro feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

192. Tarſia & Hugo de Guaſto, ſicut dixit Raul de Sancto Iohanne, tenent in Caſtro feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulerunt milites III.

193. Filia Bonifacij, ſicut dixit Raul de Sancto Iohanne, tenet in Monte Sardo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

194. Hugo filius Goffridi, filij Nicolai, & Robertus Criſpinus tenent in Piccardo feudum I. militis & dimidij, ſicut dixit Raul de Sancto

ēto Iohanne. & cum augmento obtulerunt milites VI.

195. Guillelmus Maletta, ſicut ipſe dixit, tenet in demanio de Maſſafra feudum X. militum, & de Coruenone feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites XXIV. & ſeruientes XXX.

*Iſti ſunt, qui tenent de eo.*

196. HEnricus de Pont tenent de eo feudum I. militis. & cum augmento milites II. obtulit.

197. Gosmagnus tenet de eo ſeudum dimidij militis (*f*). & cum augmento obtulit militem I.

Summa demanij & ſeruitij Milites XXVII. & ſeruientes XXX.

*Iſti ſunt, qui tenent ſeuda in Mutula.*

198. GVaymarius tenet in Mutula feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

199. Sarolus de Mutula tenet in Mutula feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

200. Aççaria tenet in Mutula feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

201. Hugo filius Guillelmi tenet in Mutula

G feu-

(f) Quid ſit feudum dimidii militis, infra not. (g) exponetur.

Digitized by Google

feudum dimidij militis . & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

202. Riccardus filius Goffridi tenet in Mutula quartam partem feudi I. militis. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

Summa prædictorum militum Mutulæ:

203. Sunt integra feuda III. minus quarta. & cum augmento mittent in exercitu milites VI. & medium.

204. Goffridus de Tulla emit à Curia Tertiam: de feudo cuius inquirendum eſt.

## DE CASTELLANETO.

205. HUgo de Turſo tenet in Caſtellaneto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

206. Bartholomæus in Caſtellaneto tenet feudi militis duas partes. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

207. Iohannes Muſtaczus tenet in Caſtellaneto tertiam partem feudi militis . & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

208. Iohannes de Auellino tenet in Caſtellaneto dimidium feudum militis. & cum augmento obtulit militem I.

209. Rao filius Riccardi Baſilij tenet in Caſtellaneto dimidium feudum militis. & cum augmento obtulit militem I.

Summa prædictorum militum Caſtellanetæ:

Integra feuda III. & dimidium. & cum augmento mittent in exercitu milites VII.

210.

Digitized by Google

210. Robertus filius Biſancij , ſicut ipſe dixit , tenet in Genulio quartam partem feudi I. militis. & cum augmento obtulit ſe ipſum.

## DE TARENTO.

*Milites integra feuda tenentes.*

211. ROgerius Flamengus , ſicut ipſe dixit , tenet in Tarento feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruienres XI.

212. Balthaſſar filius Glay, ſicut ipſe dixit, tenet in Tarento feudum I. militis . & cum augmento obtulit milites II.

213. Mulier Guillelmi Piccardi tenet in Tarento feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

214. Scriba de Patricio , ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ , tenet in Tarento feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

215. Guillelmus Saluaius , ſicut ipſe dixit, tenet in Tarento feudum I. militis . & cum augmento obtulit milites III. Habet autem hæc feuda ex parte vxoris ſuæ.

216. Pontius, ſicut ipſe dixit, tenet in Tarento feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

217. Filius Guillelmi Barruni , ſicut ipſe dixit , tenet in Tarento feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

218. Robertus filius Obirardi , ſicut ipſe di-



Digitized by Google

xit, tenet in Tarento, quod fuit Hugonis de Guanteduilla, quod eſt II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

219. Fulco Veltrus tenet in Tarento feudum, quod fuit Mabiliæ vxoris quondam Rogerij de Berulo, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

220. Jordanus filius Raynaldi de Burges, cuius balium habet Malucor, tenet in Tarento feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

Summa prædictorum feudorum milites XVIII.
Et cum augmento milites XXXVII.
& ſeruientes XX.

*Milites Tarenti habentes ſeuda non integra.*

221. GOffridus de Francauilla, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Tarento feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

222. Landulphus filius Sichinulphi tenet in Tarento, ſicut ipſe dixit, feudum dimidij militis (*g*). & cum augmento obtulit ſe ipſum ad

(g) In catalogo praeſenti ſaepe occurrunt feuda cum onere dimidii militis, unius militis & dimidii, quarti, militis & quarti, item tertiae, quintae, ſeptimae partis militis. Ita hic inter milites Tarenti legitur: *Maraldicius tenet in Tarento quintam partem feudi militis 1. Filius Goffredi de Luciano tenet in Tarento quartam partem 1. mil. Punginata in Tarento tenet ſeptimam partem feudi 1. mil.*

Digitized by Google

ad cuſtodiam maritimæ.

223. Maraldicius, ſicut ipſe dixit, tenet in Ta-

---

*mil. Filius Maroldi tenet in Tarento tertiam partem ſeudi* 1. *mil. &c.* Similia feuda his temporibus occurrunt in Nortmannia, unde in noſtras regiones a Nortmannis invecta fuere. Conf. catalogum feudorum inſcriptum, *Feoda Normanniae*, atque *Scriptum de ſervitiis militum, quae debentur duci Normanniae*, apud Ducheſne *Collect. Scriptor. Nortmannor. in appendic.* Quid vero eiuſmodi feuda fuerint, diſpiciamus. Carolus Dufreſne *in Gloſſar. med. & infim. Latinit.* voc. *feudum militare, vel militis* opinatur, poſſeſſores iſtiuſmodi feudorum obſtrictos fuiſſe, *Regem in expeditionem pergentem comitari per* 40. *dies armis omnibus & equis inſtructos: ſi vero feudum dimidii eſſet militis, per* 20: *ſi denique quartae partis militis, per* 10. Urget is Statutum Henrici II. Regis Angliae apud Hoveden. p. 614: *Quicumque habet feudum* 1. *militis, habeat loricam & caſſidem, & clypeum & lanceam: & omnis miles habeat tot loricas & caſſides, & clypeos & lanceas, quot habuerit feoda militum in dominio ſuo.* Laudat etiam in ſuam ſententiam diploma apud Ughell. *Ital. Sacr. T. VI. in epiſcop. Teatin. p.* 866. Verum, admiſſa hac Dufreſnii interpretatione, quid Regibus profuiſſet iſtiuſmodi militare ſervitium, plane non video. Etenim plerumque in ipſo itinere fuiſſent a multis eorum militibus relicti, antequam deſtinatum locum attingerent. Praeterea quum multi feudatariorum noſtrorum obtuliſſent augmentum oneris ſui, id importare debuiſſet incrementum dierum ex Dufreſnii ſententia, non militum & ſervientium, uti ſaepe in hoc catalogo obſervatur, ubi inter alios legitur in §. *de Valle Marſi: Raul de Falaſcoſa tenet ab eodem Comite feud.* 3. *mil. &c. Inter feuda, & augmenta ſervitii obtulit milites* 139. *& ſervientes* 200. *Et ſi neceſſitas fuerit in Marchia, & in Provincia illa, habebit univerſam gentem ſuam.* Fruſtra vero Dufreſne Statuto Henrici II. nititur; non enim iubet feudatarios augere dies, ſed arma pro tot militibus, quot praebere tenebantur. Nec



Digitized by Google

Tarento quintam partem feudi militis I. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

224. Filius Goffridi de Luciano, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Tarento quartam partem I. militis. & cum augmento obtulit medium militem.

225. Punginata tenet in Tarento ſeptimam partem feudi I. militis. & cum augmento obtulit militem medium.

226. Filius Maroldi, ſicut dixit, tenet in Tarento tertiam partem feudi I. militis. & cum aug-

---

ipſi Charta Ughelliana ſuffragatur; in ea namque Rainulfus epiſcopus Teatinus loquitur de peculiari obligatione vi pacti conſtituta in conceſſione caſtri, praebendi ſcilicet quotannis Roberto Regi ſervitium unius militis per 40. dies in Marca, vel annonam in terra Beneventana, pro varia ſcilicet neceſſitate. Equidem arbitror, medietatem, quartam, ſeptimam &c. partem militis ſignificare non numerum dierum, ſed dimidium, quartam &c. ſumtuum ad equitem ſuſtentandum neceſſariorum. Id colligitur ex alio Catalogo baronum noſtrorum, qui an. MCCLXXII. ſub Carolo I. Andegavenſi pro expeditione in Thraciam contribuerunt, apud Borrellum *cit. loc. p.* 180. ubi in fin. legitur: *Qui omnes de Neapoli conſueverunt, & debent conferre & ſolvere pro ſervitio XVII. militum minus tertia &c.* Idem apparet ex II. F. 54: *Quicumque in dicta publica expeditione Romam Regem, aut ſub Rege dominum ſuum non adiuverit, aut eundo cum ipſo, aut pro quantitate feudi ſtipendia militiae perſolvendo &c.* Ceterum ob veterum monumentorum defectum ignota eſt agri quantitas pro feudo unius militis, dimidii &c. Certe repetenda tota res eſt a reditu feudi, qui varius eſt pro diverſitate locorum, aut a domini voluntate, qui pro arbitrio infeudationis conditiones exprimebat.

Digitized by Google

augmento obtulit ſe ad cuſtodiam maritimæ.

Summa prædictorum militum.

Sunt integra feuda II. & medium & quinta. & cum augmento mittent in exercitu milites V. & tertiam.

## DE ORIA.

### *Milites feuda & partem feudi tenentes.*

227. PAganus de Beneuento dixit, quòd tenet in Oria feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

228. Oliuerius de Brunamala dixit, quòd tenet in Oria feudum, quod fuit Roberti de Frainella, quod eſt IV militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

229. Bulfanaria mater Roberti de Oria, ſicut dixit, tenet in Oria feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

230. Petrus de Baro dixit, quòd tenet feudum in Oria, quod fuit Roberti de Alexano, & eſt feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

231. Raynaldus de Palogonia, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Oria tertiam partem feudi. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

232. Stephanus de Pulcellis, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Oria quartam partem feudi militis. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

233. Filius Aczulini dixit, quod tenet in

Oria quartam partem feudi I. militis. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

Feuda Oriæ ſunt milites XIII.
Et cum augmento milites XXV. & ſeruientes III.

## DE MVANNO.

*Iſti ſunt milites, qui tenent feuda in Muanno.*

234. FIlii Iordani de Aczo, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenent in Muanno feudum I. militis. & cum augmento obtulerunt milites II.

235. Aymericus Longobardus, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet feudum pauperrimum in Muanno. & cum augmento obtulit ſe ipſum ad cuſtodiam maritimæ.

Summa feudorum de Muanno militum II.
Et cum augmento militum III.
Milites Muanni non habentes feuda debent inquiri.

## DE BRVNDVSIO MARITIMAE.

236. PEtronus dixit, quòd tenet in Brunduſio feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militum I.

## DE SVLITO.

237. SAnſon dixit, quòd tenet in Sulito feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

238.

238. Raul Bellus, ſicut dixit Rogerius Guaragnus, tenet in Sulito feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

239. Raul de Geruaſio, ſicut dixit Stephanus de Neritono, tenet in Sulito feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

240. Thomaſius Ruſſellus tenet in Sulito feudum, quod fuit Ranfredi, quod, ſicut dixit Rogerius Flamingus, eſt ſeptima pars militis. & cum augmento obtulit quartam partem militis.

241. Peregrinus filius Saroli tenet in Sulito feudum dimidij militis, ſicut ipſe dixit. & cum augmento obtulit militem I.

Summa prædictorum militum Suliti feuda IV. & ſeptima.

Et cum augmento milites VIII. & medius.

## YDRONTVM.

*Iſti ſunt milites ibi feuda, & partem feudi tenentes.*

242. RObertus Guaragnus, ſicut dixit, tenet in Ydronto feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites II.

243. Goffridus filius Duranti tenet in Ydronto feudum I. militis & medii. & cum augmento obtulit milites III.

244. Raynaldus de Triuento tenet, ſicut dixit, feudum in Ydronto III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

245. Philippus de Oſtuno, ſicut ipſe dixit, tenet in Ydronto feudum III. militum. & cum aug-

augmento obtulit milites VI.

246. Goffridus Bonus Vaſſallus, ſicut ipſe dixit, tenet in Ydronto I. feudum & dimidij militis. & cum augmento obtulit milites III.

247. Goffridus de Epiſcopo, ſicut ipſe dixit, tenet in Ydronto I. feudum & dimidij militis. & cum augmento obtulit milites III.

248. Euſtaſius de Vales tenet, ſicut ipſe dixit, feudum in Ydronto I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

249. Raul de Auerſa, ſicut ipſe dixit, tenet in Ydronto feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

250. Hugo de Ydronto, ſicut dixit Rogerius Guarannus, tenet in Ydronto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

251. Erbet de Lanfreuilla, ſicut ipſe dixit, tenet in Ydronto feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

252. RaulRacheſpes, ſicut ipſe dixit, tenet in Ydronto feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

253. Robertus de Tueuilla, ſicut dixit Rogerius Flamengus, tenet in Ydronto feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. Et Curia credit quòd plus tenet.

254. Armil filius Stephani, ſicut ipſe dixit, tenet feudum in Ydronto I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

255. Goffridus Bomundi, ſicut ipſe dixit, tenet in Ydronto feudum II. militum & dimidij. & cum augmento obtulit milites V.

256. Antelmus de Muliſio, ſicut dixit Roge-

gerius Guarannus, tenet in Ydronto feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

257. Raul Scallum, ſicut dixit Rogerius Guarannus, tenet in Ydronto feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

258. Henricus de Brauan duxit in uxorem filiam Mariæ, quæ, ſicut dixit Rogerius Guarannus, tenet in Ydronto feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

259. Filiæ Guillelmi de Mallano, ſicut dixit Rogerius Guarannus, tenent in Ydronto feudum I. militis. & cum augmento obtulerunt milites II.

260. Riccardus Guiſcardi, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Ydronto feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Summa prædictorum militum feuda XXXI.
Et cum augmento feuda LXII.

## DE NERITONE.

261. RAul de Talla, vt ipſe dixit, tenet in Neritone feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

262. Marinus Longus dixit, quòd tenet in Neritone feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

263. Tadæus filius Geruaſij, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, tenet in Neritone feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

264. Raynonus de Cagnano emit terram, quæ fuit

fuit Bartholomæi filij Stephani de Neritone, & eſt feudum V. militum. & cum augmento obtulit milites X. & ſeruientes X.

*265.* Paulus filius Hugonis tenet in demanium de Domino Rege de Neritone, ſicut inuentum eſt in quaternionibus Curiæ, feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes XVI.

*266.* Rogerius filius Manzi tenet in Neritone de prædicto Paulo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

*267.* Vxor Rogerij Flandren tenet in Neritone feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

## S A L P E.

*268.* CVria tenet demanium, quod tenuit Boa. Salparum Salpe feuda XX. militum cum demanio ſuo, & eius augmentum ſunt milites XXV. Summa. Vnà inter feudum, & augmentum milites XL. & ſeruientes L.

## R A P O L L A.

*269.* LIardus tenet in Rapolla feudum pauperrimum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

270. Sanſon de Rapolla tenet pauperrimum feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

271. Guido de Rocca dixit, quòd tenet in Rapolla feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Curia tenet tres . . .

MI-

## MILITES VENVSII.

272. PAlaginus dixit, quòd tenet feudum militis, non tamen integrè. & cum augmento obtulit milites II.

273. Curia tenet feudum, quod tenuit Guillelmus filius Maynerii, quod eſt I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

274. Curia tenet feudum I. militis, quod tenuit Riccardus filius Orriſij, quod cum augmento eſt II. militum.

275. Achilles dixit, quòd tenet feudum I. militis. & augmentum eius I. Vna obtulit milites II.

276. Vxor Barenſis, ſicut dixit, tenet feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

Milites Venuſij cum augmento ſunt IX.

277. Leo de Fogia tenet Pandam, quod, ſicut dixit, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes VIII.

## RIPA CANDIDA.

278. ROgerius Mar. tenet Ripam Candidam, feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

279. Matthæus nepos presbyteri Leonis dixit, quòd tenet villanos IV. (*h*) & cum augmen-

(h) Saepiſſime in hoc catalogo memorantur *villani* qui

mento obtulit militem I.

280. Robertus Guiſmundi tenet villanos II. & cum

---

qui a feudatariis poſſidebantur. Nomen hoc Latinis ignotum, apud ſcriptores medii aevi frequens eſt. A villis, in quibus commorabantur, dicti ſunt *villani*, *villici*, itemque *ruſtici*, a ruribus, quae excolebant. Fridericus II. conſt. *proſequentes*, *tit. de pugnis ſublatis : Villanus*, inquit, *qui in villis & caſalibus habitat*. Erant villani homines vilis ac ſervilis conditionis, villae ſeu glebae adſcripti, cumque villis & praediis venibant: cuiuſmodi ſervos Romanum ius *colonos*, vel *adſcriptitios* adpellat *l. 3. C. de tabular. l. 37. C. de epiſc. & cleric.*, *Nov. 123. cap. 4. & 17.* Sub Rogerio Comite, eiuſque filio Rogerio I. Siciliae Rege redditus agris cultus, qui colonis deſtituti ſqualebant, deductis in Siciliam Gallorum & Longobardorum coloniis, ac donato baronibus, eccleſiis, monaſteriis una cum feudis certo numero Saracenorum ex bello ſuperſtitum, aut Graecorum ex captivis in tranſmarinis expeditionibus factis, qui in villis tamquam ſervi glebae colendis agris vacarent. Rogerius Rex Neapoli potitus *donavit unicuique militi quinque modia terrae*, & *quinque VILLANOS*, teſte Falcone Beneventano *in Chronic. an.* 1140. Mentio *villanorum* occurrit in Charta Graece ſcripta an. 1131. ſub eodem Rogerio apud Montfaucon. *palaeograph. Graec. lib. VI. p.* 401. De Villanis ſtatuunt idem Rogerius Rex conſt. *errores eorum*, *tit. de his qui debent accedere ad ordin. cleric.* & Fridericus II. conſt. *adſcriptitios*, *tit. de villan. non ordinand.*, qui epiſcopis interdicunt villanos ſine dominorum conſenſu ordinare, niſi aliud eccleſiae neceſſitas exigat. Pendebant villani dominis ſuis tributum eius, quod ex induſtria, boniſve adquirebant. Sub Gulielmo II. Ioannes Lavardinus Gallus Caccabum oppidum obtinuit, Galliaeque conſuetudinem praetexens ab oppidanis dimidium eius, quod in ipſos ex induſtria, boniſve rediret, extorquebat. Obnitebantur Caccabenſes, patriis legibus inſtitutiſque nixi, quibus cautum erat ab oppidanis nihil tributi nomine dominis ex neceſſitate conferendum, ſed

Digitized by Google

& cum augmento obtulit militem I.

281. Ioczolinus, ſicut inuentum eſt, tenet villanos II. & cum augmento obtulit militem I.

282. Pantaleon nichil tenet; ſed pro auxilio magnæ expeditionis obtulit ſe ipſum.

283. Andreas Guarneri nichil tenet; ſed pro auxilio magnæ expeditionis obtulit ſe ipſum.

284. Guillelmus frater Pantaleonis nil tenet; ſed pro auxilio magnæ expeditionis obtulit ſe ipſum.

285. Gregorius nil tenet; ſed pro auxilio magnæ expeditionis obtulit ſe ipſum.

286. Robertus Inbaldo nil tenet; ſed pro auxilio magnæ expeditionis obtulit ſe ipſum.

287. Gregorius Montanarus nil tenet, ſed pro auxilio magnæ expeditionis obtulit ſe ipſum.

288. Hugo filius Vgerij nil tenet, ſed pro auxi-

---

ſed in ipſorum certis neceſſitatibus ultro tantum, & ex voluntate ſubveniendum; ſolum Saracenos, Graecoſque qui cenſebantur veluti ſervi, & *villani* vocabantur, huiuſmodi exactionibus obnoxios eſſe. Re ad Stephanum Cancellarium Gulielmi II. delata, ille Roberti de S. Ioanne, & Rogerii Tyronenſis ſanis conſiliis temeraria ſuorum Gallorum anteponens, qui querelas Caccabenſium nullo loco habendas ea praeſcriptione rebantur, ne hoc exemplo ruſticorum in dominos foveretur contumacia, eas reiecit. Conſ. Gulielmi I. conſt. *quamplurium*, *tit. de adiutoriis exigendis ab hominibus*, in qua de ſubſidiis a vaſſallis exigendis agitur. Villani, diu poſt ſublatas in Occidente circa an. MCCL. ſervitutes, in Regno noſtro ſtare perrexerunt: unde tamquam vulgo recepti memorantur in Capitulis Honorii IV. captivo Carolo II. Andegavenſi conditis an. MCCLXXXV. Sed poſtea paſſim ab uſu receſſerunt.

auxilio magnæ expeditionis obtulit ſe ipſum.

289. Petrus Cetilia nil tenet, ſed pro auxilio magnæ expeditionis obtulit ſe ipſum.

290. Guillelmus Presbyteri Leonis nil tenet; ſed pro auxilio magnæ expeditionis obtulit ſe ipſum.

Vnà ſunt de Ripa Candida milites XII. Quibus debet reſpondere Rogerius Mareſcalcus.

## DE VICO, ET CONTRA, ET FLVMARA.

291. Riccardus filius Riccardi dixit, quòd demanium ſuum de Vico cum Contra eſt feudum IV. militum. De Flumara feudum IV. militum. De Vallata feudum III. militum. De Sancto Angelo feudum II. militum.

Vnà demanium ſuum eſt XVII. militum.
Et augmentum eius XX. milites.
Vnà obtulit inter feudum & augmentum milites XXXVII.
Et pedites armatos LXXX.

*Iſti tenent de eo.*

292. Gvalterius, ſicut dixit, tenet de eo Montem Acutum, quod, ſicut dixit, eſt feudum I. militis.

293. Guarinus de Vallata tenet de eo Petram Pizulam, quod eſt feudum pauperrimum I. & obtulit militem I.

Vnà tam de proprio feudo demanij, & ſervitij prædicti ſunt milites XXIX.
Et augmentum eorum milites XXI.
Vnà omnes ſunt milites XL. & ſeruientes LXXX.

MAN-

## MANDRA, ET PVLCARINVM.

294. COmes Robertus Caſertanus (*i*) dixit, quòd Mandra, & Pulcarinum eſt feudum III. militum. Et augmentum eius milites III. Vnà inter feudum, & augmentum obtulit milites VI.



(i) Robertus hic Caſertae Comes ſub Gulielmo II. Ricardum Mandrenſem, Moliſii Comitem, eo etiam nomine accuſavit, quod occupatas olim Mandram in Apulia, aliaſque in finibus Troianorum regii iuris terras, ſine Curiae auctoritate furtim poſſideret. Ad haec Comes Moliſii reſpondit apud Falcandum in *hiſt. Sicul.*, *terram Mandram a Gayto Petro, quum is Curiae praeerat, ad tempus ea lege obtinuiſſe, ut inde ſingulis annis certam penſionem Curiae penderet; oppida vero in Troianorum finibus habuiſſe a Turgilio regionis illius Camerario*. Iuſſi itaque ſunt proceres omnes, praeter Curiae familiares, de hac dica, quae Moliſii Comiti de integro impingebatur, cognoſcere, ac iudicare. Erant autem ii *Boamundus Monopolis Comes, Robertus de Lauro Comes Caſertinus, Rogerius eius filius Tricarici Comes, Rogerius Comes Avellini, Simon Comes Sangrenſis, Rogerius Comes Giracii, Rogerius Tyronenſis Magiſter Comeſtabulus, Florius Camerotenſis, iudex quoque Tarentinus, & Abdenago Hannibalis filius, qui erant Magiſtri Iuſtitiarii*. Hi omnes iudicarunt, Comitem Moliſii, quod Mandram a Gayto Petro quidem accepiſſet, ſed poſt illius fugam, quum eam dimittere debuiſſet, furtim retinuiſſet, ceteras vero terras invaſiſſet, Regis arbitrio multandum eſſe. Ex noſtro autem albo conſtat, Mandram, Moliſii Comiti ablatam, Roberto Caſertae Comiti collatam fuiſſe.

## COMITATVS CIVITATIS

*Campum Marinum.*

295. COmes Philippus de Civitate, ſicut dixit Guarmundus filius Gualterij, habet in demanium Campum Marinum, quod eſt feudum VI. militum, & Turribulum feudum IV. militum, & Montem Corbinum feudum III. militum, & Petram feudum II. militum, & Vulturariam feudum II. militum, & Tuſaram feudum I. militis, & Liciam feudum II. militum, & Macclam feudum II. militum, & medietatem Caſtelli Veteris feudum I. militis, & Sanctum Iohannem Maiorem feudum II. militum. Summa. Totum demanium prædictum, feudum XXXII. militum. Vnà inter feudum & augmentum obtulit milites LXII. & ſeruientes CLXXXI. Et ſi neceſſitas fuerit in partibus illis, quot quot habere poterit.

*Iſti ſunt Barones eius.*

296. GVillelmus de Riccardo dixit, quòd tenet Biccarum, quod eſt feudum III. militum. & augmentum eius milites III. Vnà inter feudum, & augmentum obtulit milites VI. & ſeruientes X.

## CASALE IOHANNIS.

297. MAroćta vxor Niuellonis de Caſali Iohanne, ſicut dixit Pinabellus, tenet Ca-

Caſale Iohannis, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento militum IV.

## CISTERNA, PETRA, ET CATELLA.

298. RIccardus de Guaſto, ſicut dixit, demanium ſuum de Ciſterna, de Petra, & de Catella eſt feudum II. militum. de Portacara feudum I. militis, & de Montilione feudum I. militis. Proprij feudi milites IV. & cum augmento obtulit milites VIII. & ſeruientes X.

*Iſti tenent de eo.*

299. GVillelmus de Guaſto tenet de eo, ſicut dixit, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

300. Drumann tenet Tufaram feudum I. militis. & cum augmento obtulit militem I.

301. Geruaſius de Catella tenet de eodem Riccardo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

302. Riccardus filius Raen de Pede Celter. tenet de eo pauperrimum feudum I. militis de Pede Celter. obtulit militem I.

Summa. Vnà tam feudi demanij prædicti Riccardi, quàm ſeruitij ſunt milites VIII.
Et augmentum eius ſunt milites VIII.
Vnà ſunt milites XVI. & ſeruientes X.

303. Sardus de Caſtello Magno tenet Caſtellum Magnum, quod ſicut dixit, eſt feudum militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes IV.

304. Girardus de Faina, ſicut dixit Guarmundus, tenet de Roberto Angueczann, quod ſicut dixit, eſt feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III. & ſeruientes IV.

305. Guillelmus de Faina, ſicut dixit Guarmundus, tenet Ciuitellam, quod eſt, ſicut dixit, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes IV.

306. Vmbertus de Sancto Angelo, & cum eo frater eius de quodam Caſtellucio, quod tenet, ſicut dixit, tenet Sanctum Angelum, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

307. Idem Vmbertus tenet Caſtellum Paganum, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes IV. Et tenet de Domino Rege in capite, ſicut dixit, medietatem Vlicis, quod eſt feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

308. Carſidonius tenet de eodem Vmberto Serretellam, quod, ſicut dixit, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes II. Vnà tam feuda demanij prædicti Vmberti, quàm ſeruitij ſunt milites V. & cum augmento obtulit milites X. & ſeruientes VI.

309. Rogerius Folleuilla dixit, quòd tenet Ripam, quæ, ſicut dixit, eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

310. Alferius Montis Sarraceni dixit, quòd tenet Montem Sarracenum, & Caſalalbolum, quod, ſicut dixit, eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes VI.

311.

Digitized by Google

311. Robertus Sanćti Agapiti dixit, quòd tenet Gildonem, quod eſt feudum II. militum.

312. Nouellonus, & Arabitus tenent medietatem Caſtelli Veteris, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulerunt milites VI, & ſeruientes VI.

313. Sicinulphus dixit, quòd tenet Cellem, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

314. Matthæus de Guadalino dixit, quòd tenet in tenimento Geti de eodem Roberto Filećtam, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

315. Curia tenet, quod tenuit Rogerius de Fenuclo, Caſalſanum, quod eſt feudum I. militis & dimidii. & cum augmento obtulit milites III. & ſeruientes X.

## *Iſti tenent de eo.*

316. GVido filius Riccardi tenet de eo la Ciuitellam, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

317. Riccardus de Sanćto Angelo tenet de eo Montem Longum, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

318. Riccardus Follićta tenet de eo, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

319. Gualaranus tenet de eo Biniſtrum, quod eſt feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III. & ſeruientes X. Vnà totum feudum demanij, & ſeruitij milites VI. &



Digitized by Google

cum augmento ſunt milites XII. & ſeruientes XX.

320. Robertus de Boſtio tenet Vetraſcellum, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

321. Nicolaus filius Hectoris tenet Caſalordam, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

322. Rogerius Draco tenet Fagianum, & Delicetum, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes VI.

323. Domina Montis Falconis, ſicut dixit Guarmundus, tenet Montem Falconem, quod eſt feudum II. militum. Et Guillelmus Potofrancus Roſitum feudum I. militis. Vnà proprium feudum militum III. & augmentum eius milites III. Vnà inter feudum, & augmentum obtulit milites VI. & ſeruientes VI.

*Iſti tenent de ea.*

324. RArifre tenet de ea Caſtellum Francolum, quod eſt, ſicut dixit, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes IV. Vnà proprium feudum tam demanij, quàm ſeruitij (*k*) prædictæ Dominæ Montis Falconis milites IV. & cum augmento milites VIII. & ſeruientes VI.

325. Raul de Deuia tenet in demanio Ripitel-

(k) Quid ſit feudum *demanii*, & feudum *ſervitii*, quorum in hoc albo mentio haud rara, intelliges ex nota (m), quam infra ſubiiciemus.

Digitized by Google

tellam, & in ſeruitium tenet Mallianum, quæ ſunt feuda II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

326. Brunamons tenet Cluſanum, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes II.

327. Scottus filius Adenulphi Scotti tenet Treſebnem, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

328. Malfridus Campanarius tenet Campanarium, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

329. Robertus Drago tenet medietatem Baſilionis & Raynaldus Moliſij tenet de eo alteram medietatem, quod totum, ſicut dixerunt, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulerunt milites II.

330. Robertus de Ponte tenet Cericzam, & Guiperanum, quod Gualerius, quod ſolum eſt feudum I militis. & cum augmento obtulit milites II. It prædicta Cericza, & Guiperanum ſunt feuda II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. quibus prædictis augmentum milites VI. & ſeruientes VI.

331. Raul Alamagnus in demanio tenet Sanctam Crucem, quod eſt feudum I. militis, & Calam Saluaticam, quod eſt feudum I. militis, & Pectarium, de quo debet inquiri. quod eſt, ſicut dixit, feudum I. militis. Vnà proprium feudum militum IV. & cum augmento obtulit milites VIII. & ſeruientes XV.



Digitized by Google

*Iſti tenent de eo.*

332. ROBertus de Partenico tenet Goffianum de eo, quod, ſicut dixit, eſt feudum I. militis, & Montem Acutum feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites IV.

333. Raul Alamagnus tenet in ſeruitio Cecellum, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes VI.

334. Idem Raul tenet in ſeruitio Roccam, ſicut ſignificauit Comes Philippus, feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

335. Alferius Gambateſius tenet de prędicto Roberto Partenico Gambateſam, quod eſt, ſicut dixit, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

336. Lucas de Quatrano tenet de eodem Roberto Quatranum, quod eſt, ſicut dixit feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. Vnà tam de feudo demanij. quàm ſeruitij prædicti Rahulis ſunt milites X. & augmentum tam demanij, quàm ſeruitij milites XI. Vnà omnes ſunt milites XXI. & ſeruientes XX.

337. Roffridus Montis Nigri dixit, quòd tenet dimidium feudum militis in Monte Nigro, & cum augmento obtulit militem I. & ſeruientes II.

338. Malfredus, ſicut Comes Philippus ſignificauit, tenet Campum Nigrum, quod eſt feudum I. mititis. & cum augmento obtulit milites II.

339. Giroldus de Gay, ſicut inuentum eſt, tenet dimidij feudum militis in Sancto Angelo

in

Digitized by Google

in Bieo. & cum augmento obtulit militem I. & ſeruientes II.

340. Hugo filius Acti, ſicut dixit, tenet (& in quaternionibus Curiæ eſt inuentum, quod demanium ſuum, quod tenet in Ducatu) de Sala eſt feudum I. militis. & cum augmento milites II. & ſeruientes X.

*Iſti tenent de eo.*

341. RObertus de la Rocca, Robertus Manerius, Raynaldus Montis Dragonis, Hugo Elias, Henricus de Layſa, & Robertus de Layſa tenent Montem Falconem, quod, ſicut dixit Hugo filius Acti, ſunt feuda II. militum. & cum augmento obtulerunt milites IV. & ſeruientes X.

342. Matthæus de Lauelana dixit, quòd tenet de eo Lauelanam, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. Vnà tam de feudo demanij, quàm ſeruitij prædicti Hugonis filij Acti ſunt milites IV. & augmentum eius milites VIII. & ſeruientes XX.

343. Leo de Foggia tenet Pandam, quæ eſt, ſicut dixit, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes IV.

## TERRA BENEVENTANA.

344. COmes Rogerius Boni Albergi dixit; quòd demanium ſuum Terræ Beneuentanæ; de Apice eſt feudum VI. militum, de Bono Albergo feudum IV. militum, de Sancto Seuero

uero feudum III. militum. Vnà proprium feudum, milites XIII. & cum augmento obtulit milites XXXI. & ſeruientes XL. & Baliſtas II. (*l*).

### *Iſti ſunt Barones eius.*

345. ROBertus de Monte Malo tenet de feudo Thomaſij de Feniculo, Ioem, & Palatam; & Sanctum Iohannem Maytin., quod eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

346.

---

(l) *Baliſta*, *Balliſta*, *Baleſtrum* ( Italis *Baleſtra* & *Baleſtro* ) a Graeco *βαλλω*, *iacio*, eſt machina militaris, ad iaculandum comparata. Eo nomine duplex inſtrumentum ſignificatur: unum, quo tela, & grandiores ſagittae; alterum, quo lapides & ſaxa ad quatiendos muros emittuntur: prius *catapultam*, poſterius *balliſtam* dixere veteres. Silius *lib. I. v.* 335. Plaut. *in Captiv.* 4. 2. 16. Vid. Lipſium *lib. III. Poliercet. dial.* 3. Papias MS. ait.: *Baliſta, genus machinae ab emittendo, torquetur enim verbere nervorum, & iacit haſtas, & ſaxa*. Lex Wiſigoth. l. 8. tit. 4. §. 23.: *Si quis . . . laqueos vel arcus praetenderit, ſeu baleſtras*. Monachus Vallis Sarnenſis in hiſt. Albigenſ. cap. 42.: *Ecce ſagitta per baliſtam ab adverſario emiſſa ſervientem illum percuſſit*. Hinc *baleſtrare* eſt *cum baleſtra aliquid emittere*; & *baliſtarii*, *balliſtarii*, funditores, qui arcu baleari utuntur in praeliis. Caeſarius lib. I. cap. 16.: *Quidam baliſtarius . . . telum baliſtae impoſuit, ut ſanctum Abbatem ſ riret*. Monachus Vallis Sarnenſis cap. 63.: *Habebant praeterea baliſtarios, qui* &c. Concilium Romanum an. 1139. cap. 30.: *Artem illam mortiferam & Deo odibilem baliſtariorum & ſagittariorum adverſus chriſtianos & catholicos exerceri de cetero ſub anathemate prohibemus*. Concilium Lateranenſe IV. can. 18.: *Nullus quoque clericus Rottariis, aut Baliſtariis, aut huiuſmodi viris ſanguinum praeponatur*.

346. Robertus de Marca dixit, quòd tenet de eo Reginam, quæ eſt feudum I. militis. & Mallerius de Marca tenet Peſclum, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites VI.

347. Guarinus de Terra Rubea tenet de eodem feudo Thomaſij Thamar., quod eſt feudum II. militum, & Terram Rubeam, quæ eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

348. Bartholomæus de Petrapulcina tenet de eodem Petram Pulcinam, quæ eſt, ſicut dixit, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

349. Raul Pinellus tenet de eo Farnitum, quod eſt, ſicut dixit, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. Vnà ſunt de prædicto feudo Thomaſij de Feniculo, quæ tenet à prædicto Comite Rogerio, cum augmento milites XXII.

350. Gerardus de Græcia tenet à prædicto Comite Græciam, quod eſt feudum III. militum, & Sauinnanam feudum I. militis, & Ferraram feudum II. militum. Vnà: Proprium feudum milites VI. & cum augmento milites XII. & & ſeruientes XII.

351. Vxor Petri Franculi, & Guillelmi Pontifranci, ſorores eius tenent Montem Caluum, quod eſt feudum IV. militum, & Geneſtram feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites X.

352. Goffridus filius Pagani Montis Fuſculi dixit, quòd tenet de eodem Comite Monteronem,

nem, quod eſt feudum I. militis, & Campugaſtarum, quod eſt feudum I. & Sanſtam Crucem: & Villanos, quos tenet in Apice, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites VI.

353. Robertus de Monte Malo dixit, quòd tenet in capite ab ipſo Comite Sanctum Georgium, quod eſt feudum III. militum, & Guaſtum, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit inter totum milites VIII. & ſeruientes X.

354. Robertus de Molinar. dixit, quòd tenet de eodem Molinar., quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes X.

355. Bartholomæus de Monte Forte tenet de feudo Guillelmi Sancti Fraymundi, quod tenet de eodem Comite: ſcilicet Franitum, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

356. Hugo filius Raynaldi filij Guillelmi dixit, quòd tenet in demanio Sanctum Lauteramum, quod eſt feudum III. militum, & Caſtellum Paganum, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites XII. & ſeruientes LXXX.

## DE COMITATV LORITELLI.

357. RAul de Deuia dixit, quòd tenet Deuiam, quod eſt feudum II. militum, & cum augmento obtulit milites IV.

358. Idem Raul tenet in demanio de Comitatu Loritelli feudum V. militum. & cum augmen-

Digitized by Google

mento obtulit milites XVII. & ſeruientes XL.

359. Raho de Montor., ſicut dixit Guillelmus de Rocca, tenet de eodem, de Montor. feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes VI.

360. Almericus Martellus tenet de eodem in Pratulo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

361. Robertus Maluicinus tenet de eodem Roſſolum, quod eſt, ſicut dixit, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

362. Guillelmus de Scalfo tenet de eodem in demanio (*m*) Biſacciam, quod eſt, ſicut dixit, feudum

dum

(m) Non ſolum feuda, ſed etiam ſubfeuda a Nortmannis in Regnum invecta fuere. Sub iiſdem diſtinctio inter *feudum* & *ſubfeudum* exprimebatur formulis. *tenere in demanio*, ac *tenere in ſervitio*. Ita in hoc Catalogo ſaepe memoratur feudum *demanii*, & *ſervitii*, item *tenere in demanio*, & *in ſervitio*, ut hoc loco, atque *milites demanii, & ſervitii*. Iam *tenere in demanio* tum ſignificabat poſſidere feudum plene: *tenere in ſervitio* denotabat poſſidere feudum, ſed alteri in ſubfeudum a barone datum cum onere ſervitii ſibi exhibendi. Rem perbelle illuſtrat Catalogus noſter, in quo ſcriptum eſt: *Arnaldus de Foſſacaeca* 727
*dixit, demanium ſuum de Foſſacaeca eſſe 2. mil. De Arnaldo vero tenent Hugo de Camelo Camelum feud. 1. mil.* 728
*Raul de Moliſio tenet in demanio Seſſanam, & Mirandam,* 734
*quam tenet ab eo in ſervitio Roberti de Mirando, quod eſt feudum 2. mil.* Habes hic diſtinctionem feudi *demanii*, & *ſervitii*. Etenim Raul de Moliſio tenet Seſſanum oppidum *in demanio*, ab eo ſcilicet in ſubfeudum alteri non datum; atque terram Mirandae, *quam tenet ab eo* (ideſt Arnaldo de Foſſacaeca) *in ſervitio Roberti de Miranda*, nempe ab eo in ſubfeudum datam Roberto ſub onere ſervitii militaris. E veſtigio ſequitur: *Berardus de Calvello*

ſo-

Digitized by Google

dum III. militum, & Montem Golfum feudum I.

---

*tenet in capite de praedicto Comite Licinoſum, & Intentinoſum, & Collem Stephani; in ſervitio Periculum, quod tenet ab eo Guillelmus de Sceſcano, quod eſt feud. 3. mil.* Itaque Berardus Calvellus habebat feudum Periculi, ſed ab eo datum ſub onere ſervitii, ideſt in ſubfeudum, Gulielmo de Seſſano. Iam vero Carolus Dufreſne *in Gloſſar. med. & infim. latinit. v. ſervitium* opinatur, *tenere in demanio* ſignificare nudam proprietatem, ac *tenere in ſervitio* proprietatem ſimul cum onere ſervitii militaris: *In Charta*, inquit, *Willelmi Regis Siciliae an.* 1177. *apud Io. Bromptonum*, concedere in demanio, *&* concedere in ſervitio *opponuntur. Priori formula intelligitur nude proprietas, poſteriori proprietas cum onere ſervitii*. At contrarium ex Catalogo noſtro evincitur. Barones enim pro feudis, quae poſſidebant *in demanio*, praeſtare tenebantur ſervitium militare aut perſona, aut aere proprio; contra pro feudis, quae tenebant *in ſervitio*, nullum niſi ſumtibus ſubvaſſallorum ſuorum ſervitium exhibere cogebantur: unde *tenere in demanio* tunc ſignificabat proprietatem & uſumfructum, adeoque onus etiam ſerviendi, ac *tenere in ſervitio* denotabat ſolam proprietatem ſine uſufructu proindeque ſine proprio onere. Idem liquet ex diplomate Gulielmi II. quo Ioannae uxori ſuae Henrici II. Angliae Regis filiae dotarium in quibuſdam civitatibus adſignat, quod referunt Robertus Montenſis *in appendic. ad Sigebert. ad an.* 1178. Hovedenus *in Annal. Anglic. in Henrico II. ad an.* 1177. & Io. Brompto *in Chronic. ad an.* 1176. Eſt autem huiuſmodi: *Gulielmus Rex Siciliae divina favente clementia ducatus Apuliae, & Principatus Capuae, per hoc praeſens ſcriptum damus, &* in dotalium *concedimus Ioannae Reginae chariſſimae uxori noſtrae, Henrici magnifici Regis Anglorum filiae, civitatem Siponti, & civitatem Veſtae, cum omnibus iuſtis tenimentis ſuis, & pertinentiis earum. IN SERVITIO autem ei de tenimenti comitis Gaufredi, Alezine, Feſchizan, Bizum, Captile, Batanum, & Silizum, & omnia alia, quae ibi Comes de honore eiuſdem comitatus Montis Sancti Angeli tenere di-*

Digitized by Google

I. militis, & Larritanam feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites X. & ſeruientes XXX. & tenet in ſeruitio Grulmam, quod eſt feudum I. militis, & Petram Fraidam feudum I. militis, & Pantanellum feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites VI. Vnà milites demanij, & ſeruitij ſunt XVI. & ſeruientes XXX.

363. Guillelmus de Sclauo tenet de Domino Rege in demanio Montem Bellum, quod eſt, ſicut dixit, dimidij feudum militis. & cum augmento obtulit militem I. & tenet in ſeruitio Portellam, quæ eſt, ſicut dixit, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. Vnà demanij, & ſeruitij prædicti Guillelmi cum augmento ſunt milites III.

364. Riccardus de Granata pro feudo, quod tenet in Bertio, obtulit militem I.

365. Beniamin dixit, quòd tenet medietatem feudi I. militis in Sancto Petro Veterano. & cum augmento obtulit militem I.

366.

---

*dignoſcitur. Concedimus etiam ei ſimiliter IN SERVITIO Candelarium, Sanctum Clericum, Caſtellum paganum, Biſentinum, & Cognanum. Inſuper concedimus, ut ſint de tenimento ipſius dotarii Monaſterium Sancti Ioannis de Lama, & Monaſterium Sanctae Mariae de Pulſano, cum omnibus Tenimentis, quae ipſa Monaſteria tenent de honore praedicti comitatus Montis Sancti Angeli Ita quidem ipſa Regina uxor noſtra praedicta omnia ſemper recognoſcat ab heredibus noſtris, nobis noſtra ordinatione in Regnum ſuccedentibus, & de omnibus praeſcriptis tenimentis ſervitium, prout exigit feudum eorum, integre, & illibate iam dictis heredibus noſtris faciat, & maneat ſemper in eorum fidelitate.*

Digitized by Google

366. Matthæus Sancti Petri dixit, quòd tenet medietatem militis in Sancto Petro. & cum augmento obtulit militem I.

367. Nicolaus filius Hectoris dixit, quòd tenet de Domino Rege Biſelletum, quod eſt feudum III. militum: & hoc, quod tenet in Sancto Iacobo, & Florentino, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites VIII.

368. Gualdinus Malacorona dixit, quòd tenet in Caſali Nouo feudum I. militis, & de Auentitijs feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit milites II.

369. Aliduca Marrun dixit, quòd tenet in Morcono feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

370. Curia tenet Candelar. quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. Inter totum milites VI. & ſeruientes X.

371. Philippus de Lacu Penſili dixit, quòd feudum ſuum eſt II. militum & cum augmento obtulit milites IV.

372. Filia Goffridi de Beſtia dixit, quòd tenet ſeudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

373. Vxor Vrſelli dixit, quòd feudum ſuum de Vena Maiori eſt II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

374. Riccardus filius Guilielmi dixit, quòd feudum ſuum eſt I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

375. Vxor Ruſſi de Ymbriaca cum filijs tenet Lamam, quæ eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes X.

SAN-

Digitized by Google

## SANCTVS IOHANNES IN LAMA.

376. TErra Sancti Iohannis in Lama (*n*) obtulit milites IV. & cum augmento milites VIII. & ſeruientes C.

377. Comes Goffridus Aleſinæ tenet de Domino Rege in demanio, ſicut dixit, de Peſchizo feudum V. militum, de Biccara feudum II. militum, de Caprilia feudum III. militum, & de Barano feudum II. militum: de hoc, quod

I tenet

(n) Militari ſervitio obſtringebantur non modo feudatarii, verum etiam univerſitates demaniales, milites, omneſque vaſſalli regii, vel baronales. Nunc intelligis, quod ſcriptum eſt in diplomate Gulielmi I. an. 1154. exarato, quo Rex Coenobium SS. Trinitatis Cavenſis perpetuo eximit *ab omni iugo ſervitutis, vel adoamenti tam IN DEMANIIS, quam FEVDALIBVS*. Extat in Bullar. Caſinenſ. T. 1. p. 175. Pari modo Fridericus II. Siciliae Rex diplomate an. 1221. eximit *caſtra, caſalia, & homines ipſius Monaſterii* (Cavenſis) *ab omni iugo ſervitutis, vel adhogamenti, ſive DE DEMANIO, ſive DE FEVDIS fuerint*. Ext. in eodem Bullar. Caſinenſ. T. 2. p. 252. In Capitulis Honorii IV. P. captivo Carolo II. Andegavenſi conditis an. 1285. apud Raynaldum ad *A. C.* 1285. *n.* 48. legitur: *Barones, VEL ALII, extra Regnum nec ſervire perſonaliter, nec addohamenta praeſtare cogantur. In caſibus quoque, in quibus intra Regnum ſervire, vel addohamenta praeſtare tenentur, ſervitia exhibeant, & addohamenta praeſtent antiquitus conſueta &c.* Momentoſum hic eſt *το vel alii*, ut in laudatis Gulielmi & Friderici diplomatibus legitur, *ſive de demanio, ſive de feudis fuerint;* namque militare ſervitium non ſolum feudatarii, ſed etiam univerſitates, omneſque vaſſalli regii, vel baronales contribuere tenebantur.

tenet in Monte, feudum I. militis: de hoc, quod tenet in Syponto, feudum II. militum. Vnà, feuda demanij ſui milites XV. & augmentum milites XX. Vnà per totum milites XXXV. & ſeruientes C.

378. Berardus filius Orriſij tenet in capite à Domino Rege Lorotellum, quod, ſicut dixit, eſt feudum II. militum.

379. Et tenet Curia medietatem Licij, quod eſt feudum I. militis. & augmentum milites VI. & ſeruientes X.

380. Poſt mortem Rogerij Burſelli ex præcepto Domini Regis Guillelmi Scalſonus ſtatutus eſt Comeſtabulus eiuſdem Comeſtabuliæ, quam tenuerat Rogerius Bruſſellus. Et iſti ſunt Barones ſuæ Comeſtabuliæ.

Gualterius, & Gentilis frater eius.

Talenaſius filius Sagnalis.

Galeramus Lorotelli.

Amicus Montanar.

Domini Montis Mituli.

Aymericus Marcellus.

381. Hugo Burſellus dixit, quòd tenet de eodem Guillelmo Pontem Landulphum, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

382. Vnà de feudo Guillelmi Sancti Fraymundi, quod tenet à prædicto Comite, cum augmento obtulit milites VI. Vnà tam de feudo demanij, quàm ſeruitij prædicti Comitis ſunt milites XLVII. & augmentum ſunt milites LIII. Vnà omnes ſunt milites C. & ſeruientes LXXXII. & Baliſtæ II.

383. Comes Goffridus Alexinæ tenet in capite

pite à Domino Rege Banciam, quam tenuit Henricus de Vllia, quæ, ſicut dixit, feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

384. Marſilius tenet de eodem Comite Pleuctum, quod eſt, ſicut dixit, feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

385. Matthæus de Guandalino tenet de eo Loritum, & Montem Caluum, quod eſt, ſicut dixit, feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII.

## EPISCOPVS CIVITATIS.

386. EPiſcopus Ciuitatis pro Sancto Leucio militem I. & dimidium. & cum augmento obtulit milites III. & ſeruientes XV.

387. Comes Goffridus Alexinæ, ſicut dixit, Alexina eſt feudum VIII. militum, & Porcina eſt feudum IV. militum, & Ripaltum feudum II. militum. Vnà de proprio feudo ſunt milites XV. & augmentum eius ſunt milites XVII. Vnà inter feudum, & augmentum obtulit milites XXXII. & ſeruientes C. Et ſicut ſignificauit Raymundus filius Frachaldi, idem Comes Goffridus tenet Caſale Sancti Trifonis feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

388. Vxor Guillelmi de Creuenzone mandauit per Benedictum hominem ſuum (o), quòd tenet Sanctum

(o) *Homines* appellati famuli, actores, procuratores, cuſtodes &c. Ita uſurpant Caſſiodorus *lib. I. ep.* 5. Auſonius *ep.* 22. Gregorius M. *lib. III. ep.* 37. *lib. VI. ep.* 9.

ctum Nicandrum, quod eſt feudum II. militum, & Roccettam, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes X. Vnà demanij, & ſeruitii prædicti Comitis de proprio feudo milites ſunt XVIII. & augmentum tam demanij, quàm ſeruitij milites XX. Vnà omnes ſunt milites XXXVIII. & ſeruientes CX.

389. Item Hugo filius Rahulis tenet Caſale Sancti Petri Veterani, quod tenuit Matthæus Sancti Petri, & Benianum, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

390. Comas Philippus de Ciuitate de hoc, quod tenet in Ducatu, ſicut dixit, de Ciuitate eſt feudum X. militum, de Monte Orriſij feudum

---

Iuriſconſulti, aliique paſſim. Vid. Cuiacium *lib. VIII. obſ. cap.* 14. Hinc *homines* generatim poſterioribus ſaeculis dicti quivis alterius dominio quavis ratione ſubiecti, ſive ſervilis conditionis eſſent, ſive ingenuae; ſed obſequii ac ſervitii nexu ſuperioribus dominis, atque adeo ſuis Principibus ratione debitae fidelitatis ſubditi. Quare *homines* appellari coeperunt *vaſſalli* & *clientes*, qui ratione *beneficiorum* ac *feudorum* dominis ſuis, ſpeciali ad id facta profeſſione, quae ex hoc *hominium* & *homagium* dicta eſt, fidem & ſervitium debebant. Eadmerus *lib.* 2. *vitae S. Anſelmi Cant. Archiep. cap* 39.: *Homo Ducis* (Rogerii) *Rogerus Comes de Sicilia*. S.Bernardus *ep.*39. *ad Theobaldum Comitem Campaniae: Ipſa eſt uxor Belini illius HOMINIS veſtri*. Atque hoc ſenſu *homo* accipitur in noſtro catalogo. Nonnumquam *homo* ſumitur pro marito. Gregorius M. *lib. VI. ep.* 27.: *Quod vero ſcribitis, ut excellentiſſimae filiae meae Gurdiae & ſanctiſſimae filiae eius domnae Theotiſtae, & magnificis earum HOMINIBVS dompno Marino & domno Chriſtodoro ſcribere debeam &c.*

Digitized by Google

dum III. militum, de Monte Rotaro feudum I. militis, de Monte Ydri feudum III. militum, & de Liceto feudum III. militum. Vnà demanij prædicti Comitis ſunt milites XX. Vnà omnes ſunt milites XL. & ſeruientes XL.

*Iſti ſunt Barones eius.*

391. ROgerius de Pariſio tenet de eodem Comite Caſtellucium, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes IV.

## AVELLINVM.

392. COmes Rogerius de Aquila dixit, demanium ſuum, quod eſt in Principatu, eſſe feudum XX. militum, & de Riardo feudum I. militis, & de Auellino eſt feudum XVI. militum, quod tenet in Ducatu: & de Merculiano eſt feudum II. militum, & de Caprilia feudum II. militum, & de Sancto Angelo feudum II. militum. Vnà de proprio feudo ſunt milites XLVI. & augmentum eius ſunt milites XLV. Vnà inter feudum, & augmentum obtulit milites LXXXVIII. & ſeruientes C.

*Iſti ſunt Barones eius de Ducatu.*

393. BOamundus Malba tenet Summontem, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes X.

394. Robertus de Tufo tenet Montem Frederi

deri, quod, ſicut dixit, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes X.

*395.* Rogerius de Farneto tenet Gruptam, & Salſam, quæ ſunt feuda II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes X. Vnà tam de feudo demanij, quàm ſeruitij prædicti Comitis ſunt milites XLIX. & augmentum eius tam demanij, quàm ſeruitij ſunt milites XLI. Vnà ſunt omnes milites C. & ſeruientes CXXX. Et ſi neceſſitas fuerit belli, vltra promiſſum quotquot habere poterit.

De eadem Comeſtabulia. Riccardus filius Riccardi ſub Comeſtabulia Guaimundi de Montellar.

*396.* Filius Guimundi de Montellar. dixit, quòd tenet Caſtellacium, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

*397.* Raho de Rocca Troia dixit, quòd tenet tertiam partem I. militis. & cum augmento obtulit ſe ipſum.

*398.* Armannus dixit, quòd tenet dimidij feudum militis in Fogia. & cum augmento obtulit militem I.

*399.* Mainardus de Trano dixit, quòd tenet Priſurgium, quod eſt feudum I. militis, & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes III.

400. Iohannes de Boccio dixit, quòd tenet XX. commendatarios (*p*) in Caſtellione. & cum aug-

(p) *Commendatarii* hoc loco ſunt homines liberi inferioris conditionis, villas incolentes, qui ſe & res ſuas in *commendationem*, ſeu tutelam potentiorum ponebant, ut con-

Digitized by Google

augmento obtulit militem I.

401. Leo de Fogia dixit, quòd habet paucos commendatarios, & obtulit militem I.

Electus Troiæ. Abbas Sanctæ Vrſariæ. Abbas Sancti Nicolai Abbas de Vultu. Troiæ.

Epiſcopus Melphienſis.

402. Epiſcopus Melphiæ (*q*) tenet Gaudianum & ha-



---

contra inimicos, aut bonorum invaſores defenderentur, illiſque in mercedem eiuſmodi protectionis annuam praeſtationem, vel ſervitium exſolvebant. Dicuntur etiam *Affidati*, *Commendati*, & *Recommendati*: qua de re vide ſupra not. (s) p. 71.

(q) Servitio militari, quod innatum feudorum onus eſt, obſtringebantur non ſolum laici barones, verum etiam eccleſiaſtici, nempe epiſcopi, & abbates, feuda poſſidentes. In inveſtituris feudorum, quae Nortmanni, Suevi, aliique Reges noſtri eccleſiis & monaſteriis conceſſerunt, apponebatur clauſula, *ſalvo militari ſervitio*. Quare ſub Nortmannis epiſcopi & abbates feudatarii militare ſervitium praeſtabant. Eiuſmodi morem ex Nortmannia, & Anglia in Regnum noſtrum induxerunt Nortmanni; conſtat enim ex *Catalogo feudorum Normanniae* apud Ducheſn. *hiſtor. Nortmannor. p. m.*1045. barones, comites, & epiſcopos, qui in Nortmannia feuda tenebant, eumdem ſervitii modum & quantitatem exhibuiſſe, quem laici & eccleſiaſtici barones Regni Regiae Curiae praeſtiterunt. Sub Nortmannis autem praelatos ipſos, non per ſubſtitutos, militare ſervitium Regi praebuiſſe, liquet ex Gulielmo I. conſt. *quamplurium*, *tit. de adiutor. exigend. ab hominib.* ubi praelatis feudatariis ſubſidium a vaſſallis exigere permittit etiam *pro ſervitio exercitus noſtri*, *ſi quidem in exercitu noſtro fuerint*. Ex noſtro Catalogo compertiſſimum eſt, etiam Epiſcopos, & Abbates feudatarios Regni Gulielmo II. pro Hieroſolymitana expeditione ſervitium militare contribuiſſe.

Digitized by Google

habet ibi de demanio feudum II. militum. Et in ſeruitio feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites VIII. & ſeruientes C.

Abbas Bançiæ.

403. Iordanus filius Iacobi Andriæ tenet medietatem Petræ Siccæ, quæ eſt feudum I. & cum augmento obtulit milites II. Alia medietas eſt Domini Regis in demanio.

## SANCTA AGATHA.

*Iſti ſunt milites Sanctæ Agathæ tenentes feudum.*

404. LAndulphus filius Petri Aguinardi tenet, ſicut dixit, feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

405 Gualeramus, ſicut dixit, tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

406. Riccardus filius Brini tenet feudum, ſicut dixit, I. militis. & cum augmento obtulit milites II. Vnà ſunt de Sancta Agatha tenentes feuda milites: & non habentes feuda ſunt XXX. De hijs debet inquirere Raynaldus Frahaldus.

## BIVINVM.

407. MIlites Biuini habentes feuda, ſicut dixit Riccardus de Caluello, ſunt IX. Milites Bivini non habentes feuda ſunt XX. quorum nomina, & tenimenta debet ſcribere Curiæ idem Matthæus Camerarius.

ASCV-

## ASCVLVM.

*Iſti ſunt milites Aſculi de demanio Sanctæ Trinitatis de Venuſio.*

408. ABbas prædictæ Sanctæ Trinitatis de Venuſio obtulit pro tota terra, & tenimento ſuo milites XXX. & ſeruientes CCXXX. pro auxilio magnæ expeditionis. & ſolitos ſeruientes, quos Curia ſolita eſt habere de medietate Aſculi, quæ eſt prædictæ Eccleſiæ.

409. De Corneto Sanctæ Trinitatis de Venuſio. De Sancto Iohanne in Fronte. Pro Abbate Sanctæ Trinitatis de Venuſio. De Valle Sorbi eiuſdem Abbatis. De Orta eiuſdem Abbatis. De Aquabella eiuſdem Abbatis. De Barrano eiuſdem Abbatis.

Abbas Sancti Iohannis in Lama.

Abbas Sanctæ Trinitatis Cauæ.

De Sancto Petro de Oliuola, & Sancto Iacobo de Luceria.

## DE MONTE FVSCVLO.

410. GVarrerius de Monteſuſculo dixit, quòd tenet in demanio feudum I. militis, & in ſeruitio tenet in Monte Fuſculo feudum II. militum. & cum augmento pro ſe & hominibus ſuis obtulit milites VI.

411. Horbertus filius Milonis Pagani, ſicut dixit Guerrerius, tenet in demanio feudum I. militis, & in ſeruitio feudum I. militis. & cum

cum augmento obtulit milites III.

412. Raynerius filius Guimundi, & Brierus frater eius, ſicut dixerunt, tenent feudum I. militis. & cum augmento obtulerunt milites II.

413. Niel filius Pipini tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

414. Tancredus de Moliſio cum filia Hugonis Bruni ſua vxore tenet in demanio feudum I. militis. & in ſeruitio tenet feudum V. militum. & cum augmento pro ſe & hominibus ſuis obtulit milites XII.

415. Guillelmus filius Raulis, ſicut dixit Guerrerius, tenet in demanio feudum I. militis, & in ſeruitio feudum I. militis. & cum augmento pro ſe & hominibus ſuis obtulit milites IV.

416. Conſtantinus, ſicut dixit Guerrerius, tenet feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

417. Robertus filius Girardi tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

418. Raho de Brahe, ſicut dixit, tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

419. Gibel, ſicut dixit Guarrerius, tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

420. Guimundus filius Pagani, ſicut dixit, tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

421. Guillelmus filius Alexandri Carbolini dixit, quòd tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

422. Baſuinus tenet feudum I. militis. & cum

cum augmento obtulit milites II.

423. Tancredus de Incantalupo tenet feudum, quod fuit Tancredi de Crypta, quòd tenuit Guillelmus Buccafollis, quod eſt, ſicut dixit, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

424. Landulphus filius Andreæ tenet de eo feudum, ſicut tenuit de Thadæo de Græca feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. Vnà demanij, & ſeruitij ipſius Tancredi obtulit milites IV. cum augmento.

425. Filius Eliæ Montisfuſculi dixit, quòd tenet villanos X. & cum augmento obtulit militem I.

De Monte Fuſculo cum augmento milites XLIX.

426. Curia tenet in demanium feudum II. militum, quorum augmentum ſunt milites IV. quod tenuit Hugo filius Fulcerij, & Simon filius Rogerij in Petra Maiori.

427. Hugo filius Fulcerij dixit, quòd tenet in Petra Maiori villanos XV. & cum augmento obtulit militem I. Et in Sancto Andrea tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

Vna milites III.

428. Guillelmus de Fontanaroſa, qui duxit filiam Landonis Amiranni, tenet in Palude feudum I. militis. & Montem Malum feudum I. militis, & in Sancto Lupulo, & in Valle Teleſiæ tenet feudum I. militis. Vnà proprium feudum milites III. & augmentum eius milites IV. Vnà inter feudum, & augmentum obtulit milites VII. & ſeruientes X.

429.

429. Hugo de Palude tenet medietatem Murronis, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes IV.

430. Raho de Furrio Nouo tenet feudum I. militis. & augmento obtulit milites II.

431. Guarinus de Terra Rubea, ſicut dixit, tenet in Palude feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

432. Robertus de Montemalo, ſicut dixit Amorannus, tenet Montem Leonem, quod eſt, ſicut dixit, feudum II. militum. & augmentum eius II. milites. Vnà obtulit inter feudum, & augmentum milites IV. & ſeruientes X.

433. Riccardus de Balbano filius Gilberti de Balbano, qui mandauit Domino Regi per Philippum de Balbano nepotem ſuum, tenet Ciſternam, cuius demanium feudum eſt VI. militum: & de Rocca, & de Cidonia feudum V. militum, & de Monte Viridi IV. milites, & de Armatera II. milites, & de Vitalba III. milites. Vnà demanium ſuum eſt feudum XX. militum, & augmentum eius milites XL. Vnà inter feudum, & augmentum milites LX. & ſeruientes LX.

434. Sanſon de Barolo dixit, quòd tenet Francauillam, quod eſt, ſicut dixit, feudum V. militum. & augmentum eius ſunt milites VII. Vnà ſunt milites XII. & ſeruientes XXX.

435. Riccardus de Genſano tenet de eodem Sanſone, ſicut dixit, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. Vnà demanij & ſeruitij dicti Sanſonis ſunt milites XIV. & ſeruientes XXX.

436.

436. Goffridus de Francauilla tenet feudum I. militis, ſicut dixit, & augmentum eius miles I. Vnà obtulit cum augmento milites II.

## DE PRINCIPATV.

### *De Comeſtabulia Lampi de Faſanella.*

437. GVillelmus filius Henrici de Sancto Seuerino (*r*) dixit, quòd demanium eius de

(r) Cognomen *Sanſeverini* a feudo profluxit. Subdubitat quidem Scipio Ammiratus *de famil. nobilib. Neapolit. in famil. Sanſeverin. part.* 1., num *Sanſeverini* nomen dederint *Sanſeverino*, terrae ab ipſis diu poſſeſſae, an potius ab illa acceperint, Sed ſcite Summontius *lib. II. hiſt. Neap. cap.* 2. putat, Turgiſium equitem Nortmannum a Duce Roberto Wiſcardo comitatum *Sancti Severini* accepiſſe, eumque cum deſcendentibus ſuis primum *dominos caſtri Sancti Severini* dictos, tandemque *ἁπλῶς* cognomen *Sanſeverini* tuliſſe. Id Summontius colligit ex diplomatibus ſex, in Archivo SS.Trinitatis Cavenſis adſervatis; in quorum primo legitur: *Anno Domini* 1081. *Turgiſius Dominus Caſtri Sancti Severini donat Monaſterio Cavenſi* &c. In altero: *Anno* 1082. *Ego Rogerius filius q. Turgiſii de Caſtro Sancti Severini* &c. In tertio: *Anno* 1087. *Silvanus filius q. Turgenſii de Caſtro Sancti Severini* &c. In quarto: *Anno* 1104. *Ego Turgiſius filius q. Turgiſii de caſtello Sancti Severini* &c. In quinto: *Anno* 1114. *Ego Rogerius, qui dicitur de Sancto Severino, patruus iam dicti Rogerii, ac filius q. Turgiſii Nortmanni* &c. In ſexto denique: *Anno* 1121. *Nos Rogerius de Sancto Severino filius q. Turgiſii Nortmanni*. Huius meminit etiam Falco Beneventanus in *Chronic. ad an.* 1121.: *Robertus*, inquit, *de Monteſuſco a Rogerio filio Trogiſii, & fratribus ſuis laceratus eſt.*

Digitized by Google

de Sancto Seuerino eſt feudum VIII. militum, & de Calento feudum VI. militum. Vnà de proprio feudo milites XIII. & augmentum eius milites XIV. Vnà militum inter feudum & augmentum milites XXVIII. & pedites (*s*) armati LXXX. quos obtulit.

438. Idem Guillelmus dixit, quòd Montorium eſt feudum XIII. militum, & augmentum eius milites XIII. Vnà inter feudum, & augmentum de Montorio obtulit milites XXII. Vnà ſunt tam de proprijs feudis Sancti Seuerini, & Calenti, quàm & de Montorio milites XXVIII. & augmentum eius milites XXVIII. Vnà inter feudum, & augmentum obtulit milites XLIV. & pedites LXXX.

*Iſti tenent de eo.*

439. FLorius de Cammerota tenet Corbellam, quæ eſt, ſicut dixit, feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. Pro alio feudo I. militis, quod fuit Rogerij Ruſſi, quòd Dominus Rex ei reddidit. & cum augmento milites II.

440. Guillelmus de Piſtillone tenet Caſtelluczum, quod, ſicut dixit, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

441. Robertus filius Trogiſij de Crypta cum matre ſua tenet Sanctum Georgium, quod, ſicut

(s) Qui in hoc catalogo *ſervientes* fere ſemper appellantur, hoc loco & alibi etiam *pedites* dicuntur.

Digitized by Google

eut dixit, feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

442. Curia tenet, quod tenuit Lampo de Faſanella. ſcilicet in Corneto feudum II. militum. in Trentenaria, in Mallano, & in Selſone feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites X.

443. Guido de Trentenaria tenet in ſeruitio feudum I. militis, & cum augmento obtulit milites II.

444. Aſcatinus de Siciniano tenet inde in ſeruitium feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. ſeruitium de propriis feudis ſunt milites VII. & cum augmento obtulit milites XIV. & ſeruientes XXX.

445. Curia Granianum, quod eſt feudum I. militis, & augmentum eius milites II. & pedites armati XL.

446. Iacobus Guarna, frater Domini Roberti * Archiepiſcopi Salernitani tenet Caſtellionem, quod, ſicut dixit, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites V. & ſeruientes C.

447. Landulphus de Manſo tenet Letterem, quod, ſicut dixit, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

448. Guaymarius de Rotunda pro Rotunda, quam tenet, & de eo, quod habet in Acerno, eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit

* Romualdi *legendum, forte in exemplari R. contracte ſcripti. Is enim eius nominis ſecundus per id temporis Salernitanæ Eccleſiæ præerat.*

tulit milites VI. & ſeruientes L. & pro medietate Veteris , feudi I. militis & dimidij. cum augmento obtulit milites III. & ſeruientes XV.

449. Guido de Acerno pro eo, quod tenet in Acerno , & in Giſone , quod , ſicut dixit , eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes L.

450. Philippus Guarna tenet, vt dixit, feudum I. militis , quod tenebat Rogerius Sancti Manghi & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes VI.

451. Alfanus de Caſtello ad Mare, ſicut ipſe dixit , totum feudum ſuum de Caſtello Maris eſt feudum III. militum , & Turricella I. militis & dimidij: & hoc , quod tenet in Cilento , eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites XI. & ſeruientes XI.

452. Marinus Brancatius Neapolitanus tenet feudum , quod tenuit Fulco de Tuilla , quod , vt dixit , eſt feudum IV. militum . & cum augmento obtulit milites VIII. & ſeruientes XV.

453. Arrabitus de Cucculo dixit, quòd tenet Cucculum , quod eſt feudum IV. militum . & cum augmento obtulit milites VIII. & ſeruientes XX.

454. Florius de Cammerota dixit, quòd demanium ſuum eſt feudum XII. militum . & cum augmento obtulit milites XXIV. & ſeruientes L.

455. Raul tenuit balium filij Rogerij Cammerotæ, quod eſt feudum II. militum . & cum augmento obtulit milites IV. & pro alio feudo I. militis, quod Dominus Rex ei reddidit , cum augmento milites II. Vnà ſunt inter feudum , & augmentum milites VI.

456.

Digitized by Google

456. Ebolus Camerarius tenet de eodem Florio in Mallano, ſicut ipſe dixit, feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit milites II.

457. Robertus Saluaticus tenet de eo feudum I. militis & dimidij. & cum augmento obtulit milites III.

458. Idem Florius tenet feudum, quod Niel de Piſſocta de eo tenebat, quod feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

459. Idem Florius tenet feudum, quod Rogerius prædictus de eo tenuit, quod eſt feudum II. militum & cum augmento obtulit milites IV. Vnà ſunt tam de feudo demanij Florij de Cammerota, quàm ſeruitij milites XXI. & augmentum eius milites LXIII. & ſeruientes L.

460. Raul tenet balium, & terram Goffridi filij Rogerij de Cammerota, quod, ſicut dixit, tenet de Curia feudum III. militum: de quibus eſt vnum pauperrimum. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes X.

461. Comes Silueſter tenet eum in ſeruitio, & eſt ſcriptus vbi Comes Silueſter.

462. Gualterius Bulcafolla tenet in capite de Domino Rege feudum, quod fuit Baylardi Camerarij, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites III. Vnà de proprijs feudis de Comeſtabulia Lampi de Faſanella milites LXXXVIII. & dimidius, & ſeruientes CCLXXIII.

### *De Comeſtabulia Roberti de Qualletta, quæ eſt de eadem Comeſtabulia Lampi de Faſanella, de Comitatu Principatus.*

463. TAncredus de Altauilla tenet Fillectum, & Altauillam, quod eſt, ſicut dixit, feudum V. militum, & augmentum eius milites VIII. Vnà inter feudum & augmentum obtulit milites VIII. & ſeruientes XXX. Et erit de Curia Perſanum, quod eſt, ſicut dixit, feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. Vnà ſunt omnes milites prædicti, & tam feudi, quàm augmenti milites XXII.

464. Idem Tancredus, ſicut dixit, tenet Sanctum Laurentium, quod eſt feudum I. militis, & Caſtellum Laurentij, quod eſt feudum I. militis. Vnà ſunt feuda II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes XII.

465. Malgerius Altauilla dixit, quòd tenet Pollam à Domino Rege, quod, ſicut dixit, eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes X.

466. Guillelmus de Piſtillione tenet Serretellam, & feudum Riccardi Alfini, & feudum I. militis in Campania: quod totum, ſicut ipſe dixit, eſt feudum militum VI. & augmentum milites VIII. Vnà inter feudum & augmentum milites XV. & ſeruientes XL.

467. Guillelmus de Piſtillione tenet Syluam Nigram, quod, ſicut ipſe dixit, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes VI.

468.

Digitized by Google

468. Fulco de Senercla dixit, quòd totum feudum ſuum, & fratris ſui Roberti de Qualletta, eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes XX.

469. Guillelmus de Lauiano dixit, quòd Lauianum, Calabrettum, & Maſſa eſt feudum VI. militum, & Oppidum II. militum. & cum augmento obtulit milites XXI. & ſeruientes X.

*Iſti tenent de Guillelmo Lauiano.*

470. GVillelmus Regius Notarius tenet feudum I. militis, quod tenuit Riccardus Philippi. & cum augmento obtulit milites II.

471. Fulco de Senercla, ſicut ipſe dixit, tenet de eo feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. Vnà ſunt tam de feudo demanij, quàm ſervitij milites X. & cum augmento obtulit milites XXV. & ſeruientes XX.

472. Riccardus de Sancta Sophia dixit, Bareſanum, Sanctam Sophiam, & villanos XX. quos tenet in Marmore, & VIII. villanos, quos tenet in Muro, eſſe feudum VI. militum. & cum augmento obtulit milites XII. & ſeruientes XXX.

473. Rogerius de Platano tenet tertiam partem Marmoris, & Platanum, & in Olecta villanos XI. Villanos, quos tenet Iohannes de Nuceria, & tres villanos in Pulcino, & apud Murum villanos XII. quod totum dixit eſſe feuda II. militum. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes XV.

474. Guillelmus de Marmore, ſicut dixit Ni-



Digitized by Google

colaus Palatan. tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

475. Hugo de Vitice, & filius Hugonis de Marmore tenent Viticem, & duas partes Marmoris, quod, ſicut dixerunt, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulerunt milites IV. & ſeruientes X.

476. Guillelmus filius Hugonis de Marmore tenet XXIV. villanos in Bella, de quibus obtulit militem I.

477. Guaymarius de Rotunda tenet medietatem Vet. ſicut dixit Bellonus miles ſuus, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes XX.

478. Filia Roberti Sanframundi tenet ab eo Romagnanum feudum I. militis. & cum augmento milites II.

479. Riccardus de Vet. ſicut dixit, tenet medietatem Vet. quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes XV.

480. Arnaldus de Conturſo dixit, quòd tenet medietatem Conturſi, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

481. Landulphus Montis Marani dixit, quòd frater ſuus non habet vllum militem in exercitu, ſed ipſe erat in exercitu pro amore Domini Regis.

482. Tancredus Sancti Felicis dixit, Sanctum Felicem, quem tenet, eſſe feudum I. militis, & Acremontum II. militum, & Riccillanum II. militum. & cum augmento obtulit milites XII. & ſeruientes XL.

483. Peregrinus de Gyſai Comeſtabulus tenet Bar-

Bartonem, quod dixit eſſe feudum II. militum. & Pertecaram feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites VIII. & ſeruientes XX.

484. Rogerius de Cauan. tenet Syluitellam, quam dixit eſſe feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes VI. De reliquo feudi ſui reſpondebit Comiti Grauinenſi.

## DE SATRIANO, ET PETRAFIXA.

*Quod eſt in manu Curiæ.*

485. GVarinus de Saluia tenet, ſicut dixit, Saluiam, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes VIII.

486. Robertus filius Rogerij de Caſtellucia dixit, quòd tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

487. Curia tenet, quod tenuit Lampus de Faſanella; ſcilicet medietatem Faſanellæ, quod eſt feudum II. militum.

488. Trogiſius tenet feudum I. militis, & Pantaleon. feudum II. militum, Caſtellum Nouum feudum I. militis, & XL. villanos in Siciniano feudum I. militis: & pro feudo I. militis, quod eſt Ionathæ. Vnà ſunt prædicta feuda militum VIII. & augmentum eius milites XII. Vnà inter feudum, & augmentum milites XX. & ſeruientes L.

489. Guillelmus de Palude emit terram, quæ fuit Lampi de Faſanella, quam poſtea tenuit Ioczolinus Sancti Felis, quam debet inquirere



Digitized by Google

Marinus Ruſſus Camerarius, & ſignificare Curiæ.

490. Electus Muri (*t*) pro auxilio Magnæ expeditionis obtulit milites III.

491. Epiſcopus Capuacij pro eo, quod tenet de Regalibus, obtulit pro auxilio magnæ expeditionis milites VIII. & ſeruientes XX.

492. Abbas Rofranus dixit, quòd tenet Caſellam, & cum eo, quod tenet in Nechinan. eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes XV.

## DE NVCERIA.

493. GVillelmus filius Iordani, nepos Guillelmi filij Angerij dixit, quòd feudum ſuum eſt II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

494. Landulphus frater Manſi dixit, quòd demanium ſuum, quod eſt in Nuceria, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

*Iſti tenent de eo.*

495. IOhannes filius Gottofredi tenet de eo dimidij feudum militis. & cum augmento obtulit militem I.

496. Aderamus tenet de eo feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

497.

(t) *Electi* vocantur *Promoti ad Eccleſias, ſive Monaſteria ante ſuam conſecrationem, ſive benedictionem, quam infra tres menſes ſumere debent*, ut inquit Caeremoniale Romanum *l.* 1. *ſect.* 10.

Digitized by Google

497. Petrus Laudegrinij tenet de eo dimidij feudum militis. & cum augmento obtulit militem I.

498. Stantionus tenet de eo terram, quæ eſt dimidij feudi; tamen cum augmento obtulit militem I. Vnà ſunt tam de feudo demanij Landulphi fratris Manſonis, quàm ſeruitij milites IV. & augmentum eius milites VIII.

499. Thomaſius de Ferrante tenet villanos XV. & Hereditagium (*u*) ſeu patrimonium. & cum augmento obtulit militem I.

500. Ademarius Barbara tenet villanos II. & dimidij feudum militis. & cum augmento obtulit militem I.

501. Raynaldus filius Gualterij tenet villanos IX. & feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

502. Robertus Barbella, ſicut dixit, tenet villanos VIII. & hereditagium, de terra modia (*x*)

K 4 502.

(u) *Hereditagium*, *heredium*, praedium ex ſucceſſione parentum. Occurrit non ſemel in conſtit. Sicul. *lib. III. tit.* 8. 10. 15.

(x) *Modius*, menſura agraria, veluti ager ſeu terra tot modiorum eſſe dicitur, quot eiuſdem menſurae ſementis capax eſt. Modii, ubi de re frumentaria agitur, non ſemel mentio fit in Digeſtis. Gregorius M. *lib.9. ep.*16.: *Tertula modiorum plus minus decem*. Charta an. 1195. apud Ughell. *Ital. Sacr. tom.* 7. *p.* 1322. *Unam petiam terrae capacem ſementis modiorum ſex ad iuſtum ſextarium Pennenſis civitatis*. Chronic. S. Bartholomaei de Carpineto lib. V.: *De terris S. Caeciliae reliquit ei tantum quod erat capax ſementis* 8. *modiorum*. Occurrit paſſim in Chronic. Caſinenſ. *lib. I. cap.* 31. 41. 47. & alibi paſſim, apud Falconem Benevent. *p.* 341. alioſque.

XX. & cum augmento obtulit militem I.

503. Iohannes Peregrinus, & filius eius dixerunt, quod tenent villanos VI. & feudum Angerij ſororii ſui. & cum augmento obtulerunt militem I.

504. Riccardus Ferrante dixit, quòd tenet villanos XIII. & dimidium feudum ſui patrimonij. & cum augmento obtulit militem I.

505. Benedictus de Rocca nil tenet; ſed pro auxilio magnæ expeditionis obtulit ſe ipſum.

506. Robertus filius Blaſij dixit, quòd tenet villanos VI. & medietatem hereditagij feudi, quod tenet. & cum augmento obtulit militem I.

507. Iohannes de Bernardo dixit, quòd tenet villanos VI. & patrimonium ſuum X. petias (*y*) terrarum. & cum augmento obtulit militem I.

508. Raul filius Lamberti dixit, quòd tenet villanos XVI. & hereditagium ſuum feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites I.

509. Guillelmus de Sirino tenet villanos III. & dimidij feudum militis de Guiffredo Auenabili. Obtulit apud Syluam Mortam militem I.

510. Guido de Tropaldo cum fratre ſuo tenet villanos IV. & tenet patrimonium ſuum, & VIII. modia de terra. & cum augmento obtulit militem I.

511. Guillelmus Notarius tenet villanos III. & he-

---

(y) *Petia terrae*, modus agri. In Tabulario Caſaurienſi legitur: *Primum petium de terra, ubi vinea plantata eſt* &c. In Chronico Farſenſi apud Murator. *S.R.I. tom.* 2. *part.* 2. *col.* 427. occurrit *petium vineae*,

Digitized by Google

& hereditagium de X. modijs de terra, & medietatem ſui patrimonij. & cum augmento obtulit militem I.

512. Ogerius frater eius de totidem obtulit militem I.

513. Filij Riccardi Iudicis tenent tertiam partem I. militis.

## DE SALERNO.

514. IOhannes Botromil. tenet de Curia ex priuilegio Domini Ducis Rogerij villanos XXVIII. in pertinentijs Salerni. & vineam, & domum in Salerno, de quibus cum augmento obtulit milites II.

515. Landulphus de Surro. de Curia tenet in Monte Corbino villanos III. & cum augmento obtulit mil. I.

516. Paldo de Alayſa pro auxilio magnæ expeditionis obtulit militem I.

517. Iohannes Franciſci tenet feudum, quod fuit Guidonis Gatelgrimæ.

Iſti ſunt, de quibus debet inquirere Riccardus Philippi Camerarius, quæ tenent.

Lucas Guarna. Guayfridus Marchiſanus.
Alferius Sen.& filius eius. Malfridus Rubeus.
Petrus Guarna.

## DE GIFONO.

518. IOhannes Ademarius dixit, quòd tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. Inſuper emit à Curia feudum,

quod

quod tenebat Iohannes Manſella, clericus Sancti Matthæi Salerni in Giſono. menſe Nouembri. indic. 1. quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. Vnà de feudo & augmento milites III.

519. Petrus de Roccio, ſicut dixit Gregorius de Linguito, tenet in Giſono villános XV. & cum augmento obtulit militem I.

520. Marius Ruſſus, ſicut dixit frater eius, tenet in Giſono feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

521. Tancredus Bos, ſicut dixit Gregorius de Linguito, tenet villanum I. & cum augmento obtulit militem I.

522. Alexander de Marca pro nepotibus ſuis, qui tenent villanos XV. ſicut dixit, cum augmento obtulit militem I.

523. Robertus de Bonohomine, ſicut dixit, tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

524. Thomaſius filius Landulphi de Barba, ſicut dixit, tenet feudum medij militis. & cum augmento obtulit milites II.

525. Lucas Guarna à filio Petri Sanctiſeuerini, ſicut dixit, tenet in Giſono feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

*Iſti ſunt Milites Giſoni, quos debet inquirere Riccardus Philippi Camerarius, & debet videre, quæ tenent.*

526. GRegorius de Linguido dixit, quòd tenet villanos XL. in feudo. & cum aug-

augmento obtulit milites III.

527. Guillelmus filius Arnaldi dixit, quòd feudum ſuum de Giſono eſt I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

528. Petrus filius Baronis (z), ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanum I. & ſeruiet de milite I.

529. Iohannes Manſella, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanum, & ſyluam, quam tenuit Robertus Sancti Mangi.

530. Iohannes de Teuto, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos III. & ſeruiuit de milite I.

531. Filij Angerij Iudicis (a), ſicut intimauit Alfanus Camerarius, tenet villanos II. & ſeruiuerunt de milite I.

## DE MONTE CORBINO.

*Milites non tenentes niſi patrimonia ſua XXII.*

532. GOffridus Corſellus dixit, quòd tenet villanos XV. & cum augmento obtulit militem I.

533.

(z) Hic *Baro*, ut & *Baronus*, proprium eſt nomen. In Chronico Farfenſi lib.II. *Baro* etiam pro nomine proprio uſurpatur: *Baro Ferrarius filius Boni; Baro, & Acto filii Ioannis de Martino; Bernardus, & Cencius filii Baronis: Baronus, & Iuppolinus filii Rapizonis &c.*

(a) Barbaricis temporibus fuere nomina propria *Ancerius*, *Angerius*, & *Ingerius*. In chronico vulturnenſi *lib. V.* refertur: *Filii Burrelli ſuper filios Ancerii ſurrexerunt*. In noſtro catalogo occurrunt *filii Angerii*. Ex nomine autem patrum, praemiſſa voce *filius*, enatum eſt cognomen *Filangerii*, vel *Filingerii*,

533. Guillelmus filius Andreæ dixit, quòd tenet villanos XX. & cum augmento obtulit militem I.

534. Hugo filius Arnaldi dixit, quòd tenet villanos XV. & cum augmento obtulit militem I.

535. Ademarius Iudex dixit, quòd tenet villanum I. & cum augmento obtulit militem I.

536. Simon de Imperato, qui duxit ſororem Alferij Pappacarbonis, ſicut dixit Goffridus Corſellus, tenet villanos XV. & cum augmento obtulit militem I.

537. Thomaſius de Bibano dixit, quòd tenet villanos V. & cum augmento obtulit militem I.

538. Guido de Imperato, ſicut dixit Goffridus Corſellus, tenet villanos IX. & cum augmento obtulit mil. I.

539. Mantenna filius Gilij dixit, quòd tenet villanos VIII. & cum augmento obtulit militem I.

540. Fulcus Medicus filius Sergij Medici tenet villanos XX. & debet ſeruire, ſicut ſtabilitum fuit ei à Curia.

541. Paganus, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos XV. & cum augmento obtulit militem I.

542. Landulphus de Salerno, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos XV. & cum augmento obtulit militem I.

543. Goffridus de Arcuro, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos V. & obtulit militem I.

DE

Digitized by Google

## DE CAPVACIO.

544. IOhannes de Peſco tenet villanos IV. & cum augmento obtulit militem I.

545. Filius Iohannis de Capuacio dixit, quòd tenet villanos IV. & cum augmento obtulit militem I.

546. Donadeus pro auxilio magnæ expeditionis obtulit militem I.

547. Ogerius, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet in Capuacio feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

548. Rogerius de Balduino, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos VII.

549. Iohannes Notarius, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos II.

550. Iohannes de Laurino, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanum I.

551. Vrſus Altauillæ, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos II.

## DE BVRGENTIA.

552. ROgerius filius Andreæ dixit, quòd tenet in Burgentia feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit milites I.

553. Iordanus Monteſuſculi dixit, quòd tenet feudum dimidij militis. & cum augmento obtulit militem I.

554. Eliazar dixit, quòd tenet villanos VII. & cum augmento obtulit militem I.

555. Riccardus de Sacco, ſicut ſignificavit Alfa-

fa-

Digitized by Google

ſanus Camerarius, tenet in Burgentia villanos XV. & molinum I. & ſeruiet de milite I. & cum augmento obtulit milites II.

556. Riccardus filius Aczolini dixit, quòd tenet villanos VI. & cum augmento obtulit militem I.

## DE MONTE SANO.

557. TEſtaynus Buccanus, ſicut dixit, tenet in Monte Sano villanos XX. & cum augmento obtulit militem I.

558. Gualterius Montis Sani, ſicut dixit, tenet villanos II. & cum augmento obtulit militem I.

559. Malaſcocca, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet in Monte Sano villanos XXXVI. qui ſunt feuda I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

## DE ROCCA GLORIOSA.

560. PEtrus Biuianus, ſicut dixit, tenet villanos VII. & cum augmento obtulit militem I.

561. Petrus Guaymarij, ſicut dixit, & inuentum eſt, tenet villanos VII. & cum augmento obtulit militem I.

562. Lando, ſicut dixit, tenet villanos VIII. & cum augmento obtulit militem I.

563. Robertus frater Landi, ſicut dixit, tenet villanos II. & cum augmento obtulit militem I.

564.

564. Landulphus de Rocca, ſicut dixit, tenet villanos IV. & cum augmento obtulit militem I.

Hos ſignificauit Alfanus Camerarius.

565. Guillelmus de Rocca villanos XIII. Fimianus (*b*) villanos IV. tenet. Guido Caputhomi-

(b) *Fimianus* hoc loco proprium eſt nomen. Eum fuiſse feudatarium, liquet tum ex eo, quod ab Alſano Camerario inter eos, qui militare ſervitium Regi debebant, ſignificatus fuit, tum maxime ex eo, quod villanos IV. tenuerit; ſcitum enim eſt, Rogerium I. cuique militum modia terrae, & villanos donaſſe. Ab hoc fluxit gentilitium *Fimianorum* cognomen. Pleraque cognomina, quae nunc obtinent, olim non niſi nomina propria patrum fuere, poſteà ab eorum liberis pro cognominibus adſumta. Quum enim barbaricis temporibus homines a nomine patris nonnumquam indicari & diſtingui ſolerent; temporibus Nortmannorum eiuſmodi mos communis & perpetuus evaſit; ita ut adhibito ſemel ab aliquo nomine patris pro diſtinctione filii, ipſius poſteri eodem uti coeperint, adeoque tamquam nomen gentilitium in familia remanſit. Ita ab Odofredo Beneventano, qui civile iùs Bononiae docuit, eius deſcendentes cognomen *Odofredi* tulerunt, uti cônſtat ex lapide ſepulcrali apud Bernardum Rutilium *lib. de vitis Iuriſconſultorum*, in qua primus huius familiae auctor utitur ſolo nomine proprio Odofredi; eius vero deſcendentes uſurpant idem nomen pro cognomine ſuo *Albertus Odofredus* ( nempe *filius Odofredi* ) *Dominicus Odofredus*, *Laurentius Odofredus*. Mos, quo deſcendentes a nomine alicuius maioris ſui ſe cognominarunt, inde natus eſt, quod antea diſtingui ſolebant homines in hunc modum: *Petrus filius Ioannis*. In Parlamento Capuae habito ſub Rogerio Rege an. 1144. inter alios ſubſcribit. *Rogerius filius Boni*. In ſerie Comitum Marſicenſ. apud Murator. *S. R. I. T. 2. part. 2.* legitur: *Berardus filius Berardi*. *Berardus*, & *Oderiſius filii Rainaldi*. *Guimzo filius Burelli*. *Gentilis comes filius* Se-

minis villanos III. Raul de Rocca villanos III. Guido de Alexandro villanos III. Gualterius Ruſticus villanum I.

## DE POLICASTRO.

566. BAlduinus tenet villanos XVI. & cum augmento obtulit militem I.

567. Carſidonius, ſicut dixit, & inuentum eſt, tenet de ipſo Balduino cognato ſuo villanos X. & cum augmento obtulit militem I.

568. Serlus filius Roberti tenet, ſicut dixit, villanos XVIII. & cum augmento obtulit militem I.

569. Hugo Iohannis de Alto, ſicut dixit, tenet villanos XIV. & cum augmento obtulit militem I.

570. Raynerius Montis Viridis, ſicut dixit, tenet villanos XIV. & cum augmento obtulit militem I.

571. Lodoyſius filius Landi, ſicut dixit, tenet villanos V. & cum augmento obtulit militem I.

572. Alexander filius Balduini, ſicut dixit, tenet

---

*Senebaldi*. En origo cognominum *Boni*, *Berardi*, *Rainaldi* & *Rinaldi*, *Burrelli*, *Sinibaldi*. Ex inſtituto argumentum hoc egregie pertractat Ianuarius Grande *de origine cognominum gentilitior. in Regno Neapolit. part. IV*. §. 2. Prope Roccam in Principatu Citeriori (quod nunc populoſum oppidum Ducatus eſt familiae Ravaſcheriorum) dimidio fere a S. Georgio milliario, pagus bene vetus, maiorum meorum patria, ſitus eſt *Fimiano* dictus, quem baroniae iure nunc Marciani tenent.

Digitized by Google

net villanos XV. & cum augmento obtulit militem I.

573. Gualterius Franciſcus, ſicut dixit, tenet villanos VI. & cum augmento obtulit militem I.

574. Iohannes de Guillelmo, ſicut dixit, tenet villanos IV. & cum augmento obtulit militem I.

575. Villanus filius Goffridi, ſicut dixit, tenet villanos XXVII. & cum augmento obtulit milites II.

576. Odo Dominæ Gobæ, ſicut dixit, & inuentum eſt, tenet villanos XIII. & cum augmento obtulit militem I.

577. Soluna Rauell. ſicut dixit, & ſicut inuentum eſt, tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

578. Abſalon filius Eboli, ſicut dixit, tenet villanos XXII. & cum augmento obtulit militem I. & ſeruiet Florio de Cammerota de feudo, quod tenet de eo.

579. Thaerius de Turturella, ſicut dixit, tenet villanos XV. & cum augmento obtulit militem I.

580. Ireddus, ſicut dixit, tenet villanos III. & cum augmento obtulit militem I.

581. Iohannes Lorini, ſicut dixit, tenet villanos XI. & cum augmento obtulit militem I.

582. Geruaſius nepos Landonis, ſicut dixit, tenet villanos IV. & cum augmento obtulit militem I.

583. Iordanus, ſicut dixit, tenet villanos VII. & ſeruiet de officio ſuo in galeis.

Hos ſignificauit Alexander Camerarius.

584. Archilion. tenet villanos XXI. & cum



Digitized by Google

augmento obtulit militem I.

585. Rogerius Sadrianus villanos XIV.

586. Robertus Dopnæ Yndiæ, ſicut ſignificauit Alexander Camerarius, tenet villanos VIII. & cum augmento obtulit militem I.

Cordus tenet villanos XIII.

Dopna Iordana tenet vill. VII.

Amerinus de Turtutella ten. vill. IV.

Dopna Gemma villanos IV.

Aſchettinus villanos IV.

Petrus de Aleſina villanos II.

Iohannes miles vill. VII.

Bonaſtra villanos IV.

Bidonus villanos IV.

Categrima villanos III.

Menelaus villanos III.

Gibel Loriæ villanos III.

## DE LORINO.

587. IOhannes Iudex, ſicut dixit, tenet in Lorino villanos XXVI. & in Diano villanos VIII. & cum augmento obtulit milites II.

Iſti ſunt de quibus debet inquirere Riccardus Philippi Camerarius.

588. Iohannes Lorini, ſicut dixit, tenet villanum I. & cum augmento obtulit militem I.

589. Guamarius de Laurino, ſicut dixit, tenet villanos III. & cum augmento obtulit militem I.

590. Vitalis frater Iudicis, ſicut dixit, tenet villanos II. & cum augmento obtulit militem I.

591. Petrus de Segna, ſicut inuentum eſt, tenet villanos III.



Digitized by Google

592. Marſianus, ſicut inuentum eſt, tenet villanum I.

593. Riccardus de Sacco, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet in Lorino villanos XV. & Molinum I. ſeruit de milite I.

594. Alexander de Bella, ſicut inuentum eſt, tenet villanos II.

595. Riccardus filius Iudicis Iohannis de Saluia, Petrus de Bella, Grifo frater Iudicis, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenent in Laurino villanos IV. & cum augmento obtulerunt militem I.

596. Petrus Magiſtri Iohannis, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos III. & cum augmento obtulit militem I. Ioannes Baſtalia.

Sunt in Laurino, tenentes patrimonia tantum, milites VIII.

## DE MARSICO.

597. COmes Silueſter de Marſico tenet in demanio Marſicum, quod, ſicut dixit, eſt feudum XI. militum. & tenet Roccettam, quæ, ſicut dixit, eſt feudum II. militum, & Dianum, quod, ſicut dixit, eſt feudum XIV. militum; & Salam, quæ, ſicut dixit, eſt feudum IX. militum. Vnà demanium eius eſt feudum militum XXXVI. & augmentum eius milites LXXII. & ſeruientes CCC. Et ſi neceſſitas fuerit in partibus illis, quotquot habere poterit.



Digitized by Google

*Iſti ſunt, qui tenent de eo.*

598. GIſulphus de Mannia, ſicut dixit Alfanus Camerarius, tenet de eo Nouem, quod, ſicut dixit, eſt feudum IV. militum; & hoc, quod tenet in Iohe, eſt feudum III. militum, & de Monteforte, quod tenet Henricus de Monteforte de eodem Giſulpho, eſt feudum II. militum, & de medietate Mallani feudum I. militis. Vnà demanium eſt militum X. & cum augmento ſunt milites XX. & ſeruientes LX.

599. Giſulphus de Palude tenet de eodem Comite Paludem, & Turturellam, quæ, ſicut dixit, eſt feudum VIII. militum. & cum augmento obtulit milites XVIII. & ſeruientes LX.

Et iſti tenent de eo.

600. Domina Sanſæ, ſicut dixit, tenent de eo feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites V.

601. Gibel de Loria tenet de eodem Giſulpho, ſicut dixit, feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

602. Rogerius de Caſella, ſicut dixit, tenet de eo feudum I. militis ſcilicet. & cum augmento obtulit milites II. Vnà tam de feudo demanij prædicti Giſulphi, quàm ſeruitii milites XIV. & cum augmento obtulit milites XXVIII. & ſeruientes XX.

603. Comes Silueſter in ſeruitio, ſicut dixit, tenet feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes X. eo quòd pauper-

perrimum eſt. Vnà tam de feudo demanij prædicti Comitis Silueſtri, quam ſeruitij ſunt milites LXII. & cum augmento obtulit mil. CXXV. & ſeruientes CCCXX.

*De eadem Comeſtabulia Roberti de Qualletta, quæ eſt ſubtus Comeſtabuliam Lampi de Faſanella de baiulatione Alſani Camerarij.*

## DE EBVLO.

604. ROBertus filius Raulis, ſicut dixit, tenet villanos XV. & cum augmento obtulit militem I.

605. Goffridus Iaganus dixit, quòd tenet villanos XXVI. & in Campania XIV. & cum augmento obtulit milites II.

606. Rogerius filius Malfredi, ſicut dixit, tenet villanos X. & cum augmento obtulit militem I.

607 Robertus de Cles tenet villanos XLVI. pauperes, ſicut dixit Lampus de Faſanella. & cum augmento obtulit milites II.

608. Oliuerius filius Berardi, ſicut dixit, tenet villanos XIV. & cum augmento obtulit militem I.

609. Guido de Sictelino, ſicut dixit, tenet villanos XIV. & cum augmento obtulit militem I.

610. Robertus filius Roberti, ſicut dixit Philippus Camerarius, tenet villanos comendatarios XL. & obtulit militem I.

611. Hugo filius Bernardi, ſicut dixit, tenet villanos III. & cum augmento obtulit militem I.



Digitized by Google

612. Landulphus de Serangoto, ſicut dixit, tenet villanos VII. & cum augmento obtulit militem I.

613. Albiſſus, ſicut dixit, tenet villanos XI. & cum augmento obtulit militem I.

614. Filius Guillelmi Guattardi, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos XX. in Ebulo. & cum augmento debet militem I.

615. Raho Iudex, & idem Iudex Ebuli de hoc, quod tenent in comendationem, obtulerunt cum augmento milites II.

616. Patronus Clericus, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos XV. & cum augmento obtulit militem I.

617. Iohannes Buccafella, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos V. & cum augmento dabit militem I.

618. Guido filius Landulphi tenet villanos III. & cum augmento obtulit militem I.

## DE CAMPANIA.

619. Riccardus Normandiæ, ſicut dixit, tenet villanos XXVI. & cum augmento obtulit militem I.

620. Augerius, ſicut dixit, tenet villanum I. & cum augmento obtulit militem I.

621. Rogerius de Imperato, ſicut dixit, tenet villanos IV. & cum augmento obtulit militem I.

622. Guillelmus de Coſſo, ſicut dixit, tenet villanos III. & cum augmento obtulit militem I.

623. Dangeroſus, ſicut dixit, tenet villanos

nos

Digitized by Google

nos III. & cum augmento obtulit militem I.

*624.* Rogerius de Maltenda, ſicut dixit, tenet villanos II. & cum augmento obtulit militem I.

*625.* Guido de Trentenaria, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos III. & cum augmento obtulit militem I.

Iſti ſunt, de quibus debet inquirere Alfanus Camerarius.

*626.* Guillelmus filius Patrini, ſicut dixit, tenet villanos III. & cum augmento obtulit militem I.

## DE PALO.

*627.* MAtthæus Camerarius, ſicut dixit, tenet villanos XV. & cum augmento obtulit militem I.

*628.* Osbernus, ſicut dixit, tenet villanos VIII. & cum augmento obtulit militem I.

*629.* Nicolaus de Iudice, ſicut dixit, tenet villanos XI. & cum augmento obtulit militem I.

## DE PVLCINO.

*630.* RObertus filius Iaquinti, ſicut dixit, & Alfanus Camerarius ſignificauit, tenet villanos XX. & molendinum; & in Olecta villanos IV. quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit militem I.

*631.* Riccardus filius Guillelmi, ſicut dixit, & Alfanus Camerarius ſignificauit, tenet in Bella villanos XI. in Pulcino villanos VI. & in Siciniano villanos V. in Conturſo villanos VI.



Digitized by Google

in Muro villanos XV. & in Satriano villanos II. Vnà ſunt XLV. & cum augmento obtulit milites II.

632. Iudex Aminad de proprio feudo ſuo debet ſeruire de duobus militibus. & cum augmento obtulit milites III.

633. Vitalis Notarius tenet in Petra Fixa villanos XIII. ſicut dixit Alfanus Camerarius, & in Satriano villanos VIII. & in Pulcino villanos II. & cum augmento obtulit milites II.

634. Riccardus Maledictus, ſicut dixit Alfanus Camerarius, tenet villanos IX. in Pulcino, & in Siciniano villanos V. & in Conturſo villanos XV. & cum augmento obtulit milites II.

635. Riccardus Philippi Camerarius de hoc, quod tenet in Bella, in Muro, & in Pulcino, & in Olecta, quod eſt feudum, ſicut dixit, I. militis; obtulit milites IV.

636. Relicta Guillelmi Friſon. ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos V. & cum augmento obtulit militem I.

637. Guillelmus Iudex, & Nichiforus auunculus eius, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenent villanos XXXIII. & cum augmento obtulit milites II.

638. Riccardus Sen. ſicut dixit, tenet villanos VII. & cum augmento obtulit militem I.

639. Sarolus, ſicut dixit, tenet villanos VIII. & cum augmento obtulit militem I.

640. Glorioſus, ſicut dixit, tenet villanos VI. & cum augmento obtulit militem I.

641. Aſcittinus, ſicut dixit, tenet villanos III. & cum augmento obtulit militem I.

642.

Digitized by Google

*642.* Sil. ſicut dixit, tenet villanos III. & cum augmento obtulit militem I.

*643.* Iohannes Lombardus, ſicut dixit, tenet villanos III. & cum augmento obtulit militem I.

*644.* Rogerius filius Raulis, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanum I. & cum augmento obtulit militem I.

*645.* Rogerius filius Raynaldi tenet villanos II. & cum augmento obtulit militem I.

*646.* Nicolaus Buccellerius tenet villanos II. & cum augmento obtulit milites II.

*647.* Maynardus tenet villanum I. & cum augmento obtulit militem I.

## DE SICIGNANO.

*648.* ROgerius de Sicignano, ſicut dixit, tenet villanos XXIV. & cum augmento obtulit militem I.

*649.* Biuianus, ſicut dixit, tenet villanos XII. & cum augmento obtulit militem I.

*650.* Stephanus Piper, ſicut dixit, tenet villanos XVIII. & cum augmento obtulit militem I.

*651.* Vxor Heliæ, ſicut dixit, tenet villanos III. Mittet eos in exercitu.

*652.* Rogerius filius Iohannis, ſicut dixit, tenet villanos VII. & cum augmento obtulit militem I.

*653.* Rogerius Iohannis Citacaſale, ſicut dixit, tenet villanos III. & cum augmento obtulit militem I.

*654.* Nicolaus Lombardus, ſicut dixit, tenet villanos XIV. & cum augmento obtulit militem I.

*655.*

Digitized by Google

*655*. Guido de Iudice, ſicut dixit, tenet villanos V. & cum augmento obtulit militem I.

*656*. Hamitus de Faſanella, ſicut dixit, & ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos XXII. & cum augmento obtulit milites II.

*657*. Vxor Campanin. tenet villanos III. & cum augmento obtulit militem I.

## DE ELECTA.

*658*. HVgo de Petina tenet villanos LXX. & molendinum I. & cum augmento obtulit milites III. & ſeruientes VI.

*659*. Filius Iohannis Notarij, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos II. & molendinum I. & cum augmento obtulit militem I.

*660*. Guillelmus Peregrinus tenet villanos XXX. & molendinum I. & cum augmento obtulit milites II. quod eſt, ſicut dixit, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

*661*. Darius, ſicut dixit, tenet villanos XVI. & cum augmento obtulit militem I.

*662*. Riccardus Berreher, ſicut dixit, tenet villanos XI. & cum augmento obtulit militem I.

*663*. Aſchettinus de Aymo, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet in Olecta villanos VI. & in Muro villanos X. & in Bella villanos X. feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

DE

Digitized by Google

## DE BALBANO.

*664.* ARnaldus filius Borden. ſicut dixit, tenet villanos XIX. & cum augmento obtulit milites II.

*665.* Paganus de Raptino, ſicut dixit, tenet villanum I. & cum augmento obtulit militem I.

*666.* Robertus miles tenet villanum I. & cum augmento obtul. mil. I.

## DE BELLA.

*667.* FAlco, ſicut dixit, tenet in Bella villanos XX. & cum augmento obtulit militem I. cum villanis, quos tenet in Mino.

*668.* Bernardus Montisfuſculi, ſicut inuentum eſt, tenet villanos III. & cum augmento obtulit militem I.

*669.* Guillelmus filius Maynerij tenet villanos III. & cum augmento obtulit militem I.

*670.* Guillelmus de Algiſio, ſicut dixit, tenet villanum I. & cum augmento obtulit militem I.

*671.* Rogerius filius Guimundi, ſicut dixit, tenet villanos VI. & cum augmento obtulit mil. I.

*672.* Pandulphus, ſicut dixit, tenet villanos V. & cum augmento obtulit militem I.

*673.* Guillelmus filius Iohannis Aroſimundi, ſicut dixit, tenet villanos XVIII. & molendinum I. & villanum in Muro. & cum augmento obtulit milites II.

*674.* Robertus filius Oczolini, ſicut ſignificauit

uit

Digitized by Google

uit Alfanus Camerarius. tenet in Bella villanos VII. & in Muro villanos XI. & molendinum I. & cum augmento obtulit milites II.

*675*. Filius Hugonis de Marmore dixit, quòd tenet in Bella villanos XXVIII. & cum augmento obtulit milites II.

*676*. Hoſpinellus, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II.

*677*. Tancredus Sancti Felicis tenet in Bella villanos VIII. & in Muro villanos II. & cum augmento militem I. obtulit.

*678*. Guaymarius filius Rogerij tenet villanos VII., ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius. & cum augmento obtulit militem I.

Pandulphus de Bella vill. III.

Robertus de Niel villanum I.

Coniadas tenet villanos III.

Adelon villanum I.

## DE MVRO.

*679*. PEtrus filius Raulis de Muro dixit, quòd tenet villanos XXIV. & cum augmento obtulit militem I.

*680*. Riccardus filius Roberti dixit, quòd tenet villanos XXVII. & cum augmento obtulit militem I.

*681*. Guillelmus de Muro dixit, quòd tenet villanos VI. & cum augmento obtulit militem I.

*682*. Alexander dixit, quòd tenet villanos VIII. & cum augmento obtulit militem I.

*683*. Riccardus Longrende dixit, quòd tenet vil-

Digitized by Google

villanos VII. & cum augmento obtulit militem I. Et ſicut Alfanus Camerarius miſit Curiæ apud Tarentum VI. villanos prædictos; & tenet ipſe Riccardus de Electo Muri, de quibus ei ſeruire debet.

684. Guido Simonis dixit, quòd tenet villanos XXII. & cum augmento obtulit milites II.

685. Riccardus Camerarius dixit, quòd tenet villanos VII. & cum augmento obtulit militem I.

686. Abioſus Puer tenet, ſicut dixit, villanos VII. & mittet eos in exercitum.

687. Daniel Philippi, ſicut dixit Alfanus Camerarius, tenet villanos IV. mittet eos in exercitum.

688. Zacharias Iudex, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanum I.

## DE CORVANO.

689. OSpinellus, dixit, quòd tenet villanos XXVIII. & molendinum I. & cum augmento obtulit milites II.

690. Riccardus filius Thomaſij dixit, quòd tenet villanos VIII. & cum augmento obtulit militem I.

691. Goffridus Comardus pro auxilio magnæ expeditionis obtulit ſe ipſum.

692. Goffridus Scallonus pro auxilio magnæ expeditionis obtulit ſe ipſum.

693. Guillelmus de Spinula, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet villanos III.



Digitized by Google

*De Comeſtabulia Giliberti de Balbano.*

## CONSIA.

*694.* COmes Iohathas ſicut dixit. Conſia eſt feudum XX. militum. Cayranum eſt feudum VI. militum, & Calitrum VI. militum, & Caſtellionum, ſicut dixit, VIII. militum feudum, & Mons Odoriſius, ſicut dixit, feudum III. militum, & Montemar. feudum III. militum, & Licetum, ſicut dixit, feudum III. militum. Peſcum Paganum, ſicut dixit, feudum III. militum. Vnà proprium feudum demanij ſunt milites III. & cum augmento obtulit milites CIV. & ſeruientes C.

*Iſti ſunt Barones eius.*

*695.* MAlum Ventre cum Caſtello Nouo eſt feudum militum IV. & Rapon. feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites XII.

*696.* Robertus de Morra, ſicut dixit, tenet de Caſtellione feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

*697.* Gualleranus Folleuill. dixit, quòd tenet Andrettam, quæ, ſicut dixit, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

*698.* Philippus Turricella dixit, quòd tenet Turricellam, quæ, ſicut dixit, eſt feudum I. militis, & cum augmento ôbtulit milites II. Vnà de proprio feudo tam demanij, quàm ſeruitij præ-

Digitized by Google

prædicti Comitis Ionathæ ſunt milites LXIII. & cum augmento obtulit milites CXXVI. & ſeruientes C.

*699.* Thomaſius filius Comitis Catacenſis dixit, quòd tenet Mortaclium, quod, ſicut dixit, eſt feudum III. militum, & Carbonariam, quod, ſicut dixit, feudum III. militum. & cum augmento obtulit mil. XII.

700. Guillelmus de Tuilla, quòd ſicut dixit, tenet Nuſcum feudum VII. militum, & Montellam, quæ, ſicut dixit, eſt feudum V. militum, & Seruitium, ſicut dixit, feudum V. militum, & Oliuetum, quod, ſicut dixit, eſt feudum IV. militum, & Berſanari, quod, ſicut dixit, eſt feudum II. militum, & Vulturariam, quæ, ſicut dixit, eſt feudum I. militis. Vnà ſunt de proprio feudo ſuo milites XXIV. & augmentum eius ſunt milites XXIV. Vnà ſunt omnes milites LXII. & ſeruientes C. quos obtulit.

701. Bignanum verò, quia prædictus Simon tenet illud de Principatu Tarenti, eſt ſcriptum in quaternionibus prædicti Principatus Tarenti.

## BALBANVM.

702. COmes Philippus de Balbano dixit, quòd demanium ſuum, quod tenet in Ducatu, videlicet de Sancto Angelo feudum IV. militum, de Calabretta feudum III. militum, de Capuſele feudum II. militum, de Diana feudum I. militis. Vnà demanium eius feudum X. militum. & cum augmento obtulit milites XXIV.

Iſti

*Iſti ſunt Barones prædicti Comitis Philippi de Balbano.*

703. ROgerius de Oppido dixit, quòd feudum, quod tenet de eo, eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes X.

704. Bartholomæus de Tigano dixit, quòd tenet de eo feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes X.

705. Trahalonus de Balba dixit, quòd tenet de eo Balbam, quæ, ſicut dixit, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes VI. Vnà tam de proprio feudo prædicti Philippi de Balbano, quàm ſeruitij ſunt milites XV. & cum augmento obtulit milites XXXIV. & ſeruientes LXXVI.

## BISACIA.

706. GVillelmus de Biſacia tenet Biſaciam, quæ, ſicut dixit, eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI.

## GISVALDVM.

707. HElias de Giſualdo dixit, quòd demanium ſuum de Giſualdo eſt feudum III. militum, & de Frecento feudum III. militum, & de Aquaputida feudum III. militum, de Paterno feudum II. militum, de Sancto Magno feudum II. militum, de Bonito feudum I. mi-

militis, de Luceria feudum III. militum, de Sancto Lupulo feudum I. militis. Vnà feudum demanij ſui militis XVIII. & augmentum eius milites XXII. & inter feudum, & augmentum milites XL. & ſeruientes CC.

*Iſti ſunt Barones eius.*

708. GVido filius Trogiſij de Scapito dixit, quòd tenet de eodem Trogiſio Serpicum, quod eſt, ſicut dixit, feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV.

709. Guillelmus filius Triſtayni tenet de eodem Trogiſio de Grutta medietatem Tropaldi, quod eſt, ſicut dixit, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes IV.

710. Rogerius filius Lodoyſij tenet de eodem Trogiſio de Grutta Villam Maynam, & medietatem Tropaldi, quod eſt, ſicut dixit, feudum I. militis. Et dixit, quòd tenet Sanctum Barbatum, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes ——

711. Candida eſt feudum II. militum, Lapigia & Arianellum, feudum II. militum, & cum augmento obtulit milites VIII. & ſeruientes VIII. Hoc tenet Guido de Serpico, & Rogerius frater eius, qui emerunt illud a Curia: videlicet Guido emit Arianellum, & Lapigiam; & Rogerius emit Candidam; & non emerunt niſi ſolum, quod Alduynus de Candida tenebat in demanio.

712. Dionyſius tenet Montem Apertum, quod eſt, ſicut dixit, feudum I. militis. & cum

augmento obtulit milites II.

713. Rogerius de Caſtello vetere tenet de eodem Trogiſio Toraſium, quod, ſicut dixit, feudum III. militum, & Sanctum Felicem, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites VIII. & ſeruientes X.

714. Benedictus de Forgia, ſicut ſignificauit Alfanus Camerarius, tenet Curſanum, & Tropaldum feudum II. militum: & tenet Melitum, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit mil. VI. & ſeruientes VII.

715. Vxor Bartholomæi filii Rogerij dixit, quòd tenet de ipſo Trogiſio feudum II. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes IV.

716. Petrus de Serra dixit, quòd tenet de eodem Trogiſio feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes VI.

717. Guarnerius Sarracenus dixit, quòd tenet de prædicto Trogiſio Torellam, feudum II. militum, & Petram, quæ eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes X.

corrige XXLX

718. De proprio feudo tam demanij, quàm ſeruitij prædicti Trogiſij ſunt milites XIX. & cum augmento XXXII. & inter totum obtulit milites LXI. & ſeruientes LXXXVII.

## MONS MARANVS.

719. GVaymarius Sarracenus dixit, quòd tenet in capite de Helia de Giſualdo Montem Maranum, quod dixit eſſe feudum IV. militum, & Girifalcum, quod eſt feudum II. mi-

Digitized by Google

militum, & Caſtellum Franci, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites XIII. & inter feudum & augmentum XX. milites, & ſeruientes C.

720. Heliſæus de Montemarano, ſicut dixit, tenet de eodem Helia Bayranum, quod, ſicut dixit, eſt feudum I. militis, & in Monte Marano feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites V. & ſeruientes V.

721. Accardus de Cluſano tenet de eodem Helia Cluſanum, quod, ſicut dixit, eſt feudum II. militum, & Papanum, quod, ſicut dixit, eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites V. & ſeruientes X.

722. Iacob de Caſtello Veteri de eodem Helia tenet Caſtellum Vetere, & Sanctum Andream, & Turrem Marellam, & XV. villanos in Monte Marano, quæ, ſicut dixit, ſunt feuda III. militum. & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes VI.

723. Robertus de Fontanaroſa tenet de eodem Helia Fontanam Roſam, quæ, ſicut dixit, eſt feudum II. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes VI.

724. Romus de Maccla Pentoriſi tenet de prædicto Helia Macclam Pentoriſi, quæ eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. Prædictam Petram, quæ eſt feudum I. militis, tenet à Guaymone Sarraceno Guaymarius filius Petri Sarraceni, cui Curia eam miſericorditer conceſſit: ita videlicet, quòd ſi Rogerius Sarracenus filius Guaymarij Sarraceni ipſam Petram non in demanio, ſed in ſeruitio tenet:

M 2 & ſi

Digitized by Google

& ſi prædictus Sarracenus eam ab eodem Rogerio, & patre ſuo tenebat. Vnà tam de proprio feudo demanij prædicti Heliæ, quàm ſeruitij ſunt milites LXVI. Vnà ſunt omnes milites CXLII. & ſeruientes CCCCXIV. & cùm augmento tam demanij, quàm ſeruitij, qui ſunt milites LXXVI.

725. Rogerius de Muliſio tenet in demanio in Principatu Capuæ de Baranello feudum II. militum, & augmentum eius ſunt milites II. Vnà inter proprium feudum, & augmentum obtulit milites IV. & ſeruientes IV.

726. Et idem Rogerius tenet in demanio, ſicut ſignificauit Abdenago filius Anibal. Petrellam, & in ſeruitio de Monte Luiprandi, quod eſt feudum III. militum, & cum Iordano augmento obtulit milites VI. & ſeruientes XII.

727. Arnaldus de Foſſaceca dixit, demanium ſuum de Foſſaceca eſſe II. militum, & augmentum eiuſdem ſunt milites II. Vnà inter feudum, & augmentum obtulit milites IV. & ſeruientes IV.

*Iſti tenent de eodem Arnaldo.*

728. HVgo de Camelo tenet de eo Camelum, quod eſt, ſicut ipſe dixit, feudum I. militis, & augmentum eius miles I. Vnà inter feudum, & augmentum obtulit milites II.

729. Maria vxor Caradocti tenet de eodem Iordano la Collatam, quod eſt feudum I. militis, & augmentum eius eſt miles I. Vnà inter feudum, & augmentum obtulit milites II. & ſer-

Digitized by Google

ſeruientes II. Vnà ſunt demanij, & ſeruitij prædicti Arnaldi de proprijs feudis milites IV. & augmentum ſunt milites IV. Vnà ſunt inter proprium feudum, & nugmentum tam demanij, quàm ſeruitij. obtulit milites VIII. & ſeruientes VI.

730. Hugo Cappella dixit, quòd demanium ſuum de Iunclatore eſt feudum II. militum, & augmentum eius ſunt II. milites. Vnà inter feudum, & augmentum obtulit milites IV. & ſeruientes IV.

731. Oderiſius de Rigo Nigro dixit, quòd demanium ſuum de Ciuitate Noua, & Roccetta, & Spelunca eſt feudum II. militum, & de Clauicia, & Caſale Caſtilionis feudum II. militum, & de Colle Alto feudum II. militum, & de Rigo Nigro cum medietate Montis Nigri, & Fara, & Ciuitate Veccla feudum II. militum. Vnà ſunt de proprio feudo prædicti Odoriſij milites VIII. & augmentum eius milites VIII. Vnà inter proprium feudum, & augmentum obtulit milites XVI. & ſeruientes XVI.

732. Idem Odoriſius tenet in ſeruitio in Ducatu, quod eſt deputatum in hoc ſeruitio prædicto.

733. Raul de Moliſio dixit, quòd demanium ſuum de Caſtello Petroſo, & Pectorano eſt feudum IV. militum, & augmentum eius ſunt milites IV. Vnà inter feudum, & augmentum obtulit milites VIII. & ſeruientes X.

734. Idem Raul de Moliſio tenet in demanio Seſſanam, & Mirandam, quam tenet ab eo in ſeruitio Roberti de Miranda, quod eſt feu-



Digitized by Google

dum II. militum, & augmentum eius ſunt milites II. Vnà inter feudum, & augmentum obtulit milites IV. & ſeruientes IV.

735. Berardus de Caluello dixit, quòd demanium ſuum de Caluello eſt feudum V. militum. Vnà ſunt de proprio feudo milites XI. & augmentum eius XI. Vnà inter proprium feudum, & augmentum obtulit Iollem de Caſtro Pignano milites XXII. & ſeruientes XXX.

*Iſti tenent de prædicto Iollem.*

736. BErardus de Caluellis tenet de eo Peſclum Coruarum, & Peſclum Lanzanum, & Coruaclinum, & Vinealim videlicet, & Caſtellionem: quod totum, ſicut ipſe dixit, eſt feudum IV. militum. & cum augmento obtulit milites VIII. & ſeruientes XII.

737 Arnaldus de Foſſaceca tenet de prædicto Iollem Tortellam, & Collem Altum, & Caſale Sancti Iohannis, quod eſt feudum II. militum, & Caſtelluczum, quod eſt de Ducatu, & eſt feudum I. militis. quod tenet Arrabitus ab eo in ſeruitio, & cum augmento obtulit milites VI. & ſeruientes VI.

738. Landulphus de Monte Lupone tenet ab eodem Berardo Montem Luponem, quod eſt feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes IV.

739. Hugo de Rocca tenet ab eodem Iollem Loretinum, & Roccam de Principatu, quod eſt feudum II. militum. & cum augmento obtulit milites IV. & ſeruientes IV. Vnà tam dema-

nij,

nij, quàm ſeruitij prædicti Iollem ſunt de proprijs feudis milites XXI. & augmentum eius milites XLII. & ſeruientes LVI.

740. Berardus de Caluello tenet in capite de prædicto Comite Licinoſum, & Intentinoſum, & Collem Stephani: in ſeruitio Periculum, quod tenet ab eo Guillelmus de Sceſcano, quod eſt feudum III. militum. & cum augmento obtulit milites VII. & ſeruientes VII.

741. Berardus de Monte tenet de eodem Berardo de Caluello Montem Baranum, feudum I. militis. & cum augmento obtulit milites II. & ſeruientes II.

742. Bartholomæus filius Giroldi tenet in capite Sanctam Iuſtam, & medietatem Sancti Viti, & Eriuorzam, & Sanctum Agapitum: quod totum, ſicut ipſe dixit, eſt feudum V. militum. & cum cum augmento obtulit miites X. & ſeruientes X.

1293. Pandulphus Herme tenet villanos X. qui reddunt ſolidos VI. et victualium ſalmas VI. de vino ſalmas VI. et tenet terram, vbi ſeminat ſalmas X. et vineas III. et habet ſalutes.

1294. Petrus de Herme frater ſuus tenet villanos XII. qui reddunt ſolidos VII. et victualium ſalmas XII. de vino ſalmas VII. et tenet terram, vbi ſeminat ſalmas V. et tenet vineam I. et habet ſalutes.

1295. Thomas Squalla tenet villanos XX. qui reddunt ſolidos VII. et victualium ſalmas XX. de vino ſalmas II. et tenet II. molendina, vnde habet ſalmas XV. et tenet terram, vbi ſeminat ſalmas II. et habet vineam cum horto, et ſalutes.

1296. Lando Abuczatus tenet villanos XX. qui reddunt ſolidos XII. et victualium ſalmas XVI. de vino ſalmas XII. et tenet terram, vbi ſeminat ſalmas XIX. et vineam I. et partem molendini, vnde habet ſalmas III. et hortum I. et ſalutes.

1297. Bertholotta tenet villanos XVII. qui reddunt ſolidos IX. et victualium ſalmas III. et de vino ſalmas XI. et tenet terram, vbi ſeminat ſalmas XIV. et habet vineas II. cum horto, et ſalutes.

1298. Goffridus Loreta tenet villanos VII. qui reddunt ſolidos V. et victualium ſalmas XI. et de vino ſalmas II. et tenet terram, vbi ſeminat ſalmas XIV. et vineam I. cum horto, et ſalutes.

1299. Lucas de Rachis tenet villanos VII. qui reddunt ſolidos V. et victualium ſalmas III.

& de

Digitized by Google

et de vino ſalmas V. et tenet terram, vbi ſeminat ſalmas XII. et habet vineas II. cum horto, et ſalutes.

1300. Guaymarius tenet villanos IX. qui reddunt ſolidos VI. et denarios II. et victualium ſalmas VIII. de vino ſalmas V. et tenet terram, vbi ſeminat ſalmas V. & vineas II. cum horto: & de parte molendini habet victualium ſalmas II. & ſalutes.

1301. Iohannes de Hyſmaele tenet villanos V. qui reddunt ſolidos III. & victualium ſalmas II. de vino ſalmas II. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas IV. & vineam I. cum horto, & ſalutes.

1302. Petrus frater eius tenet tantumdem, quantum prædictus Iohannes Hyſmaele.

1303. Iohannes Actenulphus tenet villanos IV. qui reddunt denarios XXI. & victualium ſalmas VIII. & vineas II. cum horto, & ſalutes.

1304. Aldericus tenet villanos V. qui reddunt ſolidos III. de victualibus ſalmas IV. de vino ſalmas II. & terram, vbi ſeminat ſalmas VIII. & vineam I. cum horto, & ſalutes.

1305. Lando Lamberti tenet villanos IV. qui reddunt denarios XX. & victualium ſalmas II. de vino ſalmam I. & mediam, & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas XII. & vineas II. & ſalutes.

1306. Iohannes Tortus tenet villanos III. qui reddunt ſolidos III. de victualibus ſalmas III. de vino ſalmas III. terram, vbi ſeminat ſalmas VIII. & habet vineas IV. cum horto, & ſalutes.



Digitized by Google

1307. Lunfredus tenet villanum I. qui reddit denarios XII. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas X. & vineas III. & ſalutes.

1308. Petrus de Carnello tenet villanos III. qui reddunt denarios XI. & victualium ſalmas III. de vino ſalmam I. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VII. & vineas II. cum horto, & ſalutes.

1309. Girardus de Alberto tenet villanum I. qui reddit denarios VI. & victualium ſalmam I. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VIII. & vineas II. cum horto, & ſalutes.

1310. Petrus de Campanna tenet villanos IV. qui reddunt denarios XVII. & victualium ſalmam I. de vino ſalmas X. tenet terram, vbi ſeminat ſalmas XIV. & vineas III. & partem molendini, vnde habet ſalmas X. & ſalutes.

1311. Villelmus Ruſſu tenet villanos IV. qui reddunt ſolidos III. minus denario I. & victualium ſalmam I. & de vino ſalmas III. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VI. & vineas II. cum horto, & ſalutes.

1312. Giminarius frater eius tenet villanos V. qui reddunt denarios XXXII. & victualium ſalmas III. de vino ſalmam mediam, & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas V. & vineam II. cum horto, & ſalutes.

1313. Gualterius Paganus tenet villanos V. qui reddunt ſolidos IV. minus denario I. & victualium ſalmas V. de vino ſalmas III. & terram, vbi ſeminat ſalmas VII. & vineas II. cum horro, & ſalutes.

1314. Ionathas de Donadeo tenet villanos IX. qui

qui reddunt ſoldos VI. & denarios VIII. & victualium ſalmas V. & de vino ſalmas II. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas X. & vineas II. & ſalutes.

1315. Iohannes Ruſſus tenet villanum I. qui reddit denarios XII. & victualium ſalmam I. & mediam de vino ſalmam I. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VI. & vineas II. & ſalutes.

1316. Balduinus villanos III. qui reddunt denarios XI. & victualium ſalmam I. & mediam. de vino ſalmam I. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VIII. & vineas II. & ſalutes.

1317. Lando de Marocta tenet villanos III. qui reddunt denarios XII. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VI. et vineas II. ſalutes, et medium molendinum, vnde habet ſalmas II. et habet hortum I.

1318. Zibaldus tenet villanos III. qui reddunt denarios XXX. et victualium ſalmas II. et tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VI. et vineas II. cum horto, et partem molendini, vnde habet ſalmas II.

1319. Girardus Soranus Fuſci tenet villanos VIII. qui reddunt ſalmas VII. et victualium ſalmas XVI. et tenet terram, vbi ſeminat ſalmas X. et vineas II. et hortum, et ſalutes.

1320. Petrus Rabudda tenet villanos III. cum fratre ſuo Iohanne Rabudda, qui reddunt denarios XXVIII. et tenet terram, vbi ſeminat ſalmas XIV. et vineas II. et hortum, et ſalutes.

1321. Stephanus Iohannis Radulphi tenet villanum I. qui reddit denarios VIII. et victualium ſalmam I. de vino ſalmam I. et tenet terram,

ram, vbi ſeminat ſalmas XV. et vineas II. cum hortibus III. et ſalutes.

1322. Lando de Stephano tenet villanos VI. qui reddunt ſoldos V. & victualium ſalmas V. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas X. & vineam I. cum horto, & ſalutes.

1323. Petrus de Aymone tenet villanos X. qui reddunt ſoldos V. & denarios VIII. & victualium ſalmas XI. & de vino ſalmas VIII. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas XVIII. & vineas II. cum horto, & partem molendini, vbi habet ſalmas II.

1324. Landulphus tenet villanos XII. qui reddunt ſoldos X. & victualium ſalmas XX. de vino ſalmas XI. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas XVI. & habet vineas II. & ſalutes.

1325. Aleph tenet villanos X. qui reddunt ſoldos IX. victualium ſalmas XII. de vino ſalmas IX. de Eccleſia victualium ſalmas II. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas XII. & vineam I. & ſalutes.

1326. Landulfus de Cioffi tenet villanos XVIII. qui reddunt ſoldos V. & victualium ſalmas VIII. & habet partem molendini, vnde habet ſalmas de victualibus III. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas XII. & vineas II. cum horto, & ſalutes.

1327. Oddo de Vldrito tenet villanos XVIII. qui reddunt ſoldos IV. & denarios X. & victualium ſalmas XVI. de vino ſalmas V. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas X. & vineam I. cum horto, & ſalutes.

1328. Vxor Iohannis Scutinelli cum filio tenet

net

net villanos IV. qui reddunt denarios XXV. & victualium ſalmas IX. de vino ſalmas IX. tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VI. habet vineas II. & hortum I.

1329. Matthæus Odder. tenet villanum, qui reddit ſoldos VII. & victualium ſalmas X. de vino ſalmas X. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas X. & habet vineam I. cum horto, & ſalutes.

1330. Philippus de Scuzzo tenet villanos VI. qui reddunt ſoldos IV. (*s*) & victualium ſalmas XV.

---

(s) *Solidorum* crebra in albo hoc mentio fit. Eorumdem quoque meminit Capitulare Sicardi Principis Beneventi apud Peregrin. *hiſt. Princip. Longob. T.III. p.*210.: *Et ſi quis hoc facere praeſumpſerit, componat ſolidos XXIV.* &c. *Solidus* ante Conſtantinum M. uſurpatus vix legitur, eo tamen imperante vulgo obtinuit. Vid. Scaliger. *lib. de re nummar.* Solidus aureus pro temporum & gentium varietate diverſus erat. In lege Salica paſſim *ſolidus* conſtitiſſe dicitur 40. *denariis*. A Pipino Rege ſolidum ad XII. denarios taxatum, putant Lindeborgius, Cangius, aliique. Male; quippe confundunt ſolidum *aureum* 40. denariis cum *argenteo* 12. denariis conſtantem. Errandi anſam dederunt male intellecta Concilii Remenſis *cap.*41. verba: *Ut domnus Imperator ſecundum ſtatutum bonae memoriae Pipini miſericordiam faciat, ne ſolidi, qui in lege habentur, per* 40. *denarios diſcurrant*. Haec enim unum id ſignificant, multas, quae prius 40. denariorum fuerant, a Pipino ad 12. denarios redactas fuiſſe. Conf. Covarruviam *de veterum numiſmatum collatione cap.*3. Le Blanc *tract. de monetis p.* 39. *ſeq.* Beverinum in *Syntagmat. de ponderib. & menſur.* alioſque rei nummariae ſcriptores. Siculis ſolidus aureus ſemper uſui fuit, qui auro cocto conſtabat, uti liquet ex Conſtantino M. *ep. ad Eufraxium Rationalem Siciliae, Sardiniae, & Corſicae*. Eum-

XV. de vino ſalmas VI. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas XII. vineam I. cum horto, & ſalutes.

1331. Gepti habet terram hereditariam, vbi ſeminat ſalmas VI. & habet vineas II. cum horto.

1332. Iohannes filius eius habet hereditatem, vbi ſeminat ſalmas VII. & habet vineam I. cum horto.

1333. Petrus Alferij tenet villani dimidium, qui reddit denarios III. (*t*) & victualium ſalmam me-

dem ſolidum aureum memorat Gregorius M. *lib. I. ep. 56. ad Petrum Subdiacon. Sicil.* aliiſque locis. Quilibet ſolidus ſeptima unciae pars erat, & quatuor ſcrupulis conſtabat, uti patet ex cit. epiſt. Conſtantini Imp. Et quamvis non eadem ſemper fuerit ſolidi aeſtimatio, ſed varia, nuſquam tamen legimus mutationem in ſolido Siciliae inductam fuiſſe. Gregorius M. *lib. VII. ep.*38. *ad Donum Meſſanenſ.* teſtatur, aetate ſua tanti ſolidum Siculum fuiſſe, ut quindecim argenti librae trecentis ſolidis taxarentur.

(t) *Denarius*, moneta Romana ex argento, ſic dicta, quod initio decem aſſes valeret, unde etiam *decuſſis* vocata eſt. Vitruvius *lib. III. cap.* 1. *Noſtri primo decem fecerunt antiquum numerum, & in denario decem aureos aſſes conſtituerunt: & ea re compoſitio nummi ad hodiernum diem denarii nomen retinet.* Inde ſub primum bellum Punicum ob inopiam reipublicae denarius ſedecim aſſes valuit, teſte Plinio *lib. XXXIII. cap.*3. Tandem ſub Auguſto ad duodecim aſſes redactus eſt. Iam *Denarius* & *nummus* promiſcue ſumuntur in duabus Chartis Cluniacenſibus ſub S.Maiolo datis de eadem re. In priori legitur: *Ita ut duodecim denarios ſingulis annis in veſtitura monachis perſolvamus*; in poſteriori vero: *Ita ut duodecim nummos* &c. *Denarius* ſumitur etiam pro minutiore moneta, & minimo num-

Digitized by Google

mediam, de vino ſalmam mediam, & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VI. & vineas II.

1334. Iohannes Papa tenet terram, vbi ſeminat ſalmas II. & mediam, & vineas II. cum horto.

1335. Gualto tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VII. & vineas II. cum horto.

1336. Iohannes de Antonio tenet terram, vbi ſeminat ſalmas V. & vineas II. cum horto.

1337. Ioannes Bos tenet terram, vbi ſeminat ſalmas V. & mediam, & vineas II.

1338. Bonushomo Landi Belli tenet terram, vbi ſeminat ſalmas X. & vineas II. cum horto.

1339. Granultus tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VII. & vineas II.

1340. Boccius tenet villanum I. qui reddit ſalutes, & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas II. & vineam I.

1341. Sophia tenet terram, vbi ſeminat ſalmas V. & vineam I. cum horto.

1342. Guillelmus Pan. tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VIII. & vineam I. cum horto.

1343. Leo de Auguſtino tenet terram, vbi



---

nummo apud Caſſianum *lib. IV. de Inſtit. Coenob. cap.* 14.: *Praeter duo paxamacia, quae tribus vix denariis ibidem diſtrahuntur*. Apud Macrobium denarii in luſu puerorum ponuntur, & quae Lucae *cap. X. v.* 35. *duo denarii*, Ambroſio *duo aera* vocantur: unde colligitur aevo ſaltem Ambroſii eiuſmodi denarios ex *aereis* fuiſſe. Orderius Vitalis *lib. V.*: *Patris tui ſatellites regale ſic ſervant aerarium, ut vix unum tuis clientibus inde poſſis dare denarium.*

ſeminat ſalmam I. & mediam, & vineam I.

1344. Petrus Cece tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VII. & vineam I. cum horto.

1345. Donadeus Magiſtri Petri tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VI. & vineas II. cum horto.

1346. Petrus de Stephano tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VI. & vineas II.

1347. Oderiſius Iohannis Breuenzonis tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VI. & vineas II.

1348. Landulphus Iohannis Pingi tenet terram, vbi ſeminat ſalmas IV. & vineam I.

1349. Petrus Gaytus (*u*) tenet villanos IV. qui reddunt denarios XXIV. victualium ſalmam I. de vino ſalmam I. & tenet terram, vbi ſeminat ſalmas XII. & vineas III.

1350. Petrus de Ponte tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VIII. & vineas IV.

1351. Clenirtus tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VII. & vineam I. & hortum I.

1352. Iohannes de Morena tenet terram, vbi ſeminat ſalmam I. & vineam I. cum horto.

1353. Iohannes Radus tenet terram, vbi ſeminat ſalmas IV. & vineas II. cum horto, & ha-

(u) *Gaytus*, ſeu *Caytus* erat militaris muneris nomen apud Saracenos, quod idem ſonabat ac *ſpeculator*, *excubitor*, *cuſtos*, vel *dux* caſtri, & oppidi. Videſis Cangium in *Gloſſar. med. & infim. Latinit. voc. Caytus*, vel *Gaytus*. In hiſtoria Sicula, inque diplomatibus Principum Nortmannorum Gayti Petri, aliorumque fit mentio, qui erant cuſtodes, ſive duces caſtrorum, oppidorumve.

Digitized by Google

habet partem molendini, vnde habet ſalmam mediam de victualibus.

1354. Lando Conſtantinus tenet terram, vbi ſeminat ſalmas VII. & vineas II.

1355. Taino tenet terram, vbi ſeminat ſalmas IV. & vineas II.

*Hæc ſunt tenimenta militum Aquini.*

1356. IOhannes de Timaro habet recomendatos homines (*x*), qui reddunt ſeruitia, & ſalutes, habet de hereditate terrarum XXIV. modia, vbi ſeminat ſalmas VIII. & habet vineas III.

1357. Thomas de Caron. habet hominem I. & de hereditate habet terram modiorum XX. vbi ſeminat ſalmas VI. & mediam, & vineas II.

1358. Tempeſtas frater eius habet tantumdem.

1359. Iohannes de David habet de hereditate terrarum modia XIX. vbi ſeminat ſalmas VI. & vineam I.

1360. Maccabæus tenet de hereditate villanos II. qui reddunt ſeruitia, & ſalutes, & tenet modia de terra XL. vbi ſeminat ſalmas XIII. & vineas V.

1361. Iohannes de Straczato habet de hereditate villanum I. & XXII. modia de terra, vbi ſeminat ſalmas IV. & vineas IV.

1362. Tancredus habet de hereditate modia de terra XXX. vbi ſeminat ſalmas X. & vineas



(x) De recommendatis egimus ſupra not. (s) pag. 71. ſeq.

III. & mediam, & de parte molendini ſalmam I. & mediam, & villanum I. qui reddit ſeruitia, & ſalutes.

1363. Gilius habet de hereditate modia de terra XXIV. vbi ſeminat ſalmas VIII. et vineas II.

1364. Riccardus Goffridi tenet de hereditate villanum I. qui reddit ſeruitia, & ſalutes, & tenet modia de terra III. vbi ſeminat ſalmam I. & vineam I.

1365. Iohannes de Carbone tenet terram de hereditate pro medio panclo bouum.

1366. Riccardus de Carbone tenet terram de hereditate tantumdem, & villanum I.

1367. Nicolaus de Roberto de Alferio habet reditus de I. villano, qui reddit victualium ſalmam I. de vino ſalmam I. & mediam, & tenet modia de terra XI. vbi ſeminat ſalmas III. & thumalum I. (y) & partem tenet molendini, quod reddit ſalmas III. hoc tenet de feudo. De hereditate tenet modia de terra XLIX. vbi ſeminat ſalmas XVI. & II. partes, & vineas V.

1368.

---

(y) *Thumalus*, *thuminus*, ſpecies menſurae apud Siculos & Neapolitanos. Nicolaus Specialis *lib. III. de reb. Sicul. c. 6.* apud Murator. S. R. I. tom. X. col. 972.: *Quilibet equitum ad poſteriora equi grani modium mancipavit, pedites vero ſinguli ſingulos thuminos aſſumpſerunt &c.* Charta Alphonſi Arag. Regis an. 1450. pro Carmelitis Neapol. in Bullario Carmel. p. 620.: *De thuminis ſalis 12. ad iuſtum thuminum & menſuram noſtrae curiae de ſale noſtrae curiae ſiſtentes in fundico ſeu gabella ſalis civitatis noſtrae Neapolis . . . pro uſu dicti monaſterii . . . liberaliter elargimur.*

Digitized by Google

1368. Robertus filius Alferii., qui nondum eſt miles, tenet tantumdem de feudo quantum Nicolaus patruus ſuus, & de hereditate tantumdem, X. modia plus.

1369. Landulphus de Poto tenet villanos VII. qui reddunt ſalmas V. & tertiam *, & de vino ſalmas VI. & ſeruitia, & tenet de terra modia XXVII. vbi ſeminat ſalmas IX. & de parte molendini habet ſalmas XI. & tenet vineam I. de hereditate. habet recomendatos III. qui reddunt ſalutes, & ſeruitia, & habet de terra modia VII. vbi ſeminat ſalmas II. & tertiam, & vineam I.

1370. Guillelmus Beruenſonus tenet villanos II. de feudo, qui reddunt de victualibus ſalmas II. de vino ſalmas III. & ſalutes, & ſeruitia, & tenet terram, vbi ſeminat ſalmam I. & mediam. De hereditate tenet XL. modia terrarum, vbi ſeminat ſalmas XIII. & vineas IV. & villanos III. qui reddunt ſeruitia, & ſalutes, & medietatem molendini, vbi habet ſalmas III. & terram.

1371. Ogerius tenet terrarum modia IV. ubi ſeminat ſalmam I. & tertiam. De hereditate tenet modia XX. vbi ſeminat ſalmas VI. minus tertio.

1372. Philippus Roffridi, Nicolai filius, qui nondum eſt miles, tenet uillanos II. qui reddunt ſeruitia, & ſalutes, & tenet terrarum modia VI. ubi ſeminat ſalmas II. De hereditate cum fratre ſuo habet modia XVII. ubi ſeminat ſalmas VI. & habet uineas II.



Digitized by Google

*Hij ſunt feudatarij Capitinatæ. In primis.*

1373. VItus Aualerius (z) tenet Benamaiorem, quod eſt feudum I. militis, & tenet me-

(z) Cognomina gentilitia ſub Nortmannis primum apud nos prodierunt. Sane conſtituta Siciliae monarchia ſub Rogerio I. Rege, inſtitutis tot officialibus Regis & Aulae, tot miniſtris iuſtitiae & regiminis per omnes provincias, tot militibus, qui feudis donati ſunt, obſtrictique ſervitio militari, caput ſupra ceteros extulerunt multae perſonae, quae, ut ab aliis privatae & tenuis fortunae ſe diſtinguerent, cognomine aliquo uti coeperunt. Quumque parentum dignitates, tituli, & officia, feuda & praedia ad liberos deferrentur, qui in eodem ſplendore manebant, hereditare ſolebant etiam cognomen, quod ideo in familiis gentilitium & perpetuum manſit. Adhaec plures ſummo loco nati, & imperia quoque obtinentes, ex Galliis & Italia in Siciliam lares fortunaſque tranſtulerunt ſuas: unde propagatae familiae generoſiſſimae, & inclyta nomina, quae ipſam maxime nobilitarunt. Exemplo nobilium aliae familiae paſſim nobilitari coeperunt ob aliquod nobile officium capitis ſui, a quo cognomen aliquod ſumere ſolebant, ut ab aliis obſcuris & vilibus ſecernerentur. Tandem ad evitandam confuſionem & incertitudinem familiarum & perſonarum, praeſertim in publicis ſcripturis, ipſi plebei cognomen adſumpſerunt. Quo primum tempore id factum, certo definiri nequit. In monumentis ſaeculi XI. raro cognomen occurrit; in illis vero ſaeculi XII. frequentius; in iis ſaeculi XIII. communius; in ſcripturis tandem ſaeculi XIV. vulgo ab omnibus adhibitum invenitur. Idem circa haec tempora in reliqua Italia, in Gallia, Germania, aliiſque Europae provinciis factum eſt. Vid. Mabillon. *lib. II. de re diplomat. cap.* 7. & Hermannum Adolphum Meinders *de nominibus & cognominibus Germanorum* in Miſcellaneis Lipſienſibus *T. VI. p.* 1. *ſeqq.* & 31. *ſeqq.*

Porro

medium Montorium, quod eſt medium feudum.
1374. Filij Domini Berardi de Brictulo tenent

---

Porro cognomina a quinque fontibus promanarunt. (I) A nomine proprio patris, matris, vel fratris. (II) A nomine officii, dignitatis, vel tituli patris. (III) A nomine patriae. (IV) A ſupranomine aliquo ipſis, vel eorum maioribus impoſito. (V) Tandem a nomine feudi, quod tenebant. Rem omnem praeclare confirmat Catalogus noſter ſub Gulielmo II. confectus, monumentum ſcilicet origini cognominum apud noſtrates coaevum. Nos hic quaedam ſpeciminis loco ſeligemus; uberem enim tractationem dabimus in *diatriba de nominibus & cognominibus Neapolitanorum*.

COGNOMINA A NOMINE PATRIS, MATRIS, VEL FRATRIS DESVMPTA.

Pleraque cognomina, quae nunc obtinent, olim fuere nomina propria parentum, poſtea ab eorum liberis pro cognominibus adſumpta. Iam nomina propria hominum, quae in regionibus noſtris ante Nortmannos obtinuerant, fuerunt aut Graeca, a Graecis huc illata; aut Latina a Romanis invecta; aut Hebraica a chriſtiana religione; aut Gothica & Longobardica a gentibus Septentrionalibus in has provincias introducta. Omnium antiquiſſima ſunt nomina propria Graeca, quae poſtea in cognomina abierunt, ut *Ammon* & *Ammonius*, *Argyrus*, *Gryphius*, *Melis*, *Menas* & *Mena*, *Myro*, *Nicoſias*, *Protus* & *Protas*, *Alexander*, *Alexis*, *Anaſtaſius*, *Athanaſius*, *Baſilius*, *Cyriacus*, *Cyrillus*, *Coſmas*, *Chryſtophorus*, *Epiphanius*, *Euſebius*, *Philippus*, *Hippolytus*, *Theodorus* &c.: unde nata cognomina *Ammone*, *Argiro*, *Griffo*, *Mele*, *Mena*, *di Miro*, *Nicoſia*, *Prota*, *d' Aleſſandro*, *d' Aleſſio*, *Anaſtagio*, *Attanaſio*, *Baſile*, *Ciriaco*, *Cirillo*, *Coſma*, *di Criſtoforo*, *d' Epiſanio*, *di Geronimo*, *Ciorgi*, *di Gregorio*, *Ippolito*, *Teodori*. Nomina propria Latina, quae barbaricis temporibus apud nos obtinuerant, fuerunt eadem, quae aut praenomina, aut nomina gentilitia, aut cognomina fuerant in has regiones a Romanis inducta. Ex praenominibus adhibita ſunt pro nominibus propriis Lu-

nent Portacandun. quod eſt feudum I. militis.

1375. Dominus Henricus Cena tenet medium Mon-

---

*Lucius*, & *Marcus*, quae in cognomina di *Lucio*, *de Luciis*, & *de Marco* abierunt. Plurima nomina gentilitia Latina adhibita ſunt barbaricis temporibus pro nominibus propriis, quae poſtea cognomina evaſerunt, deſumpta ex nominibus patrum, vel matrum, ut *Arminius*, *Bocius*, *Caponius*, *Ciminius*, *Florius*, *Lelius*, *Laetitius*, *Laudicius*, *Ligurius*, *Lanarius*, *Peccius*, *Peluſius*, *Perelius* *Petronius*, *Ruſſius*, *Sentius &c.*: unde cognomina *Arminio* & *de Armeniis*, *Bocci*, *Capone*, *Cimino*, *Florio*, *de Lellis*, *Letizia*, *Laudiſi*, *Liguoro*, *Lanario*, *Peccio* & *Peccia*, *Peloſi*, *Perelli* & *Perrella*, *Petrone*, *Ruſſo* & *Roſſi*, *Senzio*, *Serio*, *Teſti* & *Teſta*. Magnus quoque numerus cognominum Latinorum barbaricis temporibus adhibitus eſt pro nominibus propriis, quae poſtea remanſerunt pro cognominibus, deſumptis a nominibus patrum, aut matrum, ut *Acceptus*, *Adiutor*, *Amabilis*, *Amator*, *Amatus*, *Amor*, *Anſus*, & *Anſa*, *Aprilis*, *Aſpaſianus*, *Balbus*, *Barba &c.*: unde cognomina *Accetto*, *Aitoro*, *Amabile*, *Amadoro*, *Amato*, *Amore*, *d' Anſa* & *Danza*, *Aprile*, *Spaſiani*, *Balbo*, *Barba &c.* Multa nomina Hebraica a chriſtiana religione huc illata ſunt, quae poſtea pro cognominibus remanſerunt, deſumptis a nominibus propriis parentum, veluti *d' Adamo*, *d' Andrea*, *d' Anna*, *Cherubini*, *Danieli*, *d' Elia*, *Gioeli*, *Maddalena*, *de Luca*, *Salomone*, *Sanſone*, *de Matthaeis*, *Simeoni*, *di Simoni &c.* Tandem alia erant nomina propria Gothorum, Longobardorum, Saxonum, aliarumque gentium Septentrionalium apud nos barbaricis temporibus invecta, quae ſub Nortmannis in cognomina abierunt, repetita a parentum nominibus, ut *Giſolſo*, *d' Atenolfo*, & *Adinolſi*, *Pandolfo* & *Pandolfello*, *Sigiſmondo*, *Geſualdo*, *Gallerano*, *Loffredo*, *Ravaſchiero*, *Lamberti* & *Lambertini*, *Rinaldi*, *Guiſcardo* & *Biſcardo*, *Recco*, *Taſſo*, *Arduino &c.*

Sed ex catalogo noſtro rem illuſtremus. In eo paſſim legitur: *Riccardus filius Iordani tenet in Caurato feud.* 1. *mil. Daneſius tenet in Andria feud.* 1. *mil. Raho filius Riccardi*

Montorium, quod eſt medium feudum, & Malianellum, quod eſt medium feudum.

1376.

---

*cardi Baſilii tenet dimidium ſeud. mil. Goffridus filius Durantis tenet in Ydronto feud.* 1. *mil. Riccardus Guiſcardi tenet in Ydronto feud.* 1. *mil. Tadaeus filius Gervaſii tenet in Neritone feud.* 1. *mil. Rogerius filius Manſi tenet in Neritone ſeud.* 1. *mil.* Hinc cognomina a nomine patris repetita *Giordano*, *Daneſi*, *Riccardi*, *Baſili* & *Baſile*, *Durante*, *Guiſcardo*, *Gervaſio*, *Manſi*. In eodem albo habetur: *Oliverius filius Berardi tenet villanos* 14. *Rivianus tenet villanos* 12. *Aſchettinus de Aymo tenet in Electa villanos* 6. *Robertus filius Iaquinti tenet villanos* 20. *Rogerius filius Raynaldi tenet villanos* 2. *Guido filius Torgiſii tenet de eodem Torgiſio Serpicum ſeud.* 2. *mil. Robertus filius Alferii tenet tantumdem de feudo, quantum Nicolaus patruus ſuus. Caſarus tenet villanos* 20. *Bocius tenet villanos* 3. En cognomina a patrum nominibus hauſta *Berardi*, corrupte *Verardi*, & *Veraldi*, *Viviano*, *Schettini*, *Giaquinto* & *Giacinto*, *Rinaldi*, vel *Rainaldo*, *Troiſe*, *Alfieri*, *Caſaro*, *Bocio*, *Boccia*, & *Bocci*. Item, *Rotatus filius Ioelis tenet dimidii feudum militis. Arnon de Curvay tenet feud,* 1. *mil. Romaeus filius Fredi; Ioannes filius Melis; Novellonus de Buſſono; Comes Malgerius &c.* En cognomina a patribus arceſſita *Gioeli*, *Ioeli*, & *Iovelli*, *Arnone*, *Freda*, *Mele*, *Mela*, *Miele*, *Novellone*, *Malgieri*. Porro cognomina quaedam conflata ſunt a nomine patris, praemiſſa voce *filius*. In Catalogo noſtro legitur: *Guillelmus filius Angerii tenet in Rapara feud.* 1 *mil.* Hinc exortum cognomen *Filangiero*, & *Filingiero*. In Chronico Amalfitano *cap.* 9. apud Murator, *diſſ.* 5.: *Factus eſt Senior* ( ideſt dominus & dux Amalfis ) *Dominus Urſo filius Marini &c.* Hinc enatum cognomen *Filimarino*, *Filamarino*, *Filomarino*, & *Figliomarino*. In Regeſto Friderici II. an. 1239. apud Borrellum *Vindic. Neap. nobilit. in fin.* habetur: *Item ſcripſit Thomaſio fil. Oſmundi.* En cognomen *Filoſmundi*, *Filomundi*, & *Filamondo*. In Decreto Archiepiſcopi Conſentini an. 1215. apud Ughell. *tom. IX. in Archiep. Conſent. n.* 12. legitur: *Rogerius*

1376. Dominus Alaymus tenet Sanctum Bartholomæum de Serra Mala à Domino Riccardo de

---

*gerius filius Raonis*. Inde cognomen *Filrao*, *Ferrao*, *Piliraoni*.

Multa cognomina orta ſunt a nomine matris gratia diſtinctionis adhibito. In Catalogo noſtro: *Riccardus filius Goffridi de Aquila*, *&* *mater eius Adelitia tenet Traiectum feud.* 7. *mil. Bertholotta tenet villanos* 17. *Mobilia tenet villanos* 4. Ab his matrum nominibus exorta cognomina *Adelizzi*, *Bertelotti*, *Mobilia*. In Chronico Farfenſi *lib.* 2.: *Dominicus cum uxore ſua Cimina*. *Magniuſus cum uxore ſua Guarna Teuzo Presbyter*, *Anzae filius*. *Bonus filius Saxae*. *Filii Palumbae*. *Ruſticus de Anna*. Ab his matrum nominibus cognomina fluxerunt *Cimmina*, *Guarna*, *D' Anza* ( corrupte *Danza* ) ideſt *filius Anzae*, *Saſſa*, *Palomba*, *d'Anna*. Sunt & cognomina deſumpta a nomine alicuius fratris magis cogniti. In Catalogo noſtro: *Landulfus frater Manſonis tenet feud.* 1. *mil.* Hinc cognomen *Manſone* ductum a nomine fratris. Ab hoc modo indicandi perſonas enatum eſt novum genus cognominum; nam a *Frater Caſtorii*, *Frater Guimundi*, *Frater Marini*, *Frater Ioannis*, *Frater Petri &c.* exorta ſunt cognomina *Fracaſtoro*, *Fraimundo*, *Frammarino*, *Fraggianni*, *Frappiero*.

COGNOMINA A TITVLIS, OFFICIIS, ET DIGNITATIBVS PARENTVM ENATA.

Sub Nortmannis nomen officii & dignitatis, quod erat diſtinctivum perſonale quorumdam, abiit in cognomen gentilitium; namque liberi conſueverunt diſtinguere ſeipſos, ac univerſam familiam ex nomine officii, tituli & dignitatis parentis ſui. Sic a dignitate conſulari ortum cognomen *Conſoli* & *de Conſulibus*. Ab officio iudicis & protoiudicis cognomina *Giudice*, *del Giudice*, & *Protoiodice*. In Catalogo noſtro habetur: *Filii Riccardi Iudicis tenent tertiam partem* 1. *mil. Vitalis frater Iudicis tenet villanos* 12. A titulo *magiſtri*, qui ſub Nortmannis & Suevis dabatur iudicibus & officialibus, & nonnumquam ſolius honoris gratia, ut *magiſter Angelus*, *magiſter Ioannes*

de Anglono, quod eſt quartum feudi.

1377. Riccardus de Anglono tenet Picatium, quod

---

*annes*, enata cognomina *de Magiſtris*, *Maſtrangeli*, *Maſtrogiovanni*, aut *Maſtroianni*. In Catalogo noſtro: *Petrus Magiſtri Ioannis tenet villanos 3. Donadaeus Magiſtri Petri tenet terram, ubi ſeminat ſalmas 3.* Fuit olim & *Magiſter Iudex*, qui forte caput erat iudicum in civitate, quem, inſtituto baiulo, ſuſtulit Fridericus II. *lib. I. Conſt. Sicul. t. 92. §. 1.: Ita quod nullus Magiſter Iudex aliquatenus ſit in Regno*. Hinc cognomen *Maſtrogiudice*. Ab officio *Notarii* fluxit cognomen *Notari*, & *de Notariis*. In Catalogo noſtro: *Guillelmus Notarius tenet villanos 3.* Ecce nomen *Notarii* pro diſtinctivo quo tempore cognomina nondum communia evaſerant, poſtea in cognomen translatum. *Guillelmus Mareſcalcus tenet in S. Archangelo feud. 1. mil.* Vides officium *Mareſcialli* primum diſtinctionis gratia adhibitum, poſtea in cognomen *Mareſciallo* abiiſſe. *Matthaeus Camerarius tenet villanos 15.* En origo cognominis *Camerario* ab officio deſumptum. *Comes Simonius filius Comitis Todini tenet in principatu Capuae Caſtellum Sangri &c. Una demanii & ſervitii praedicti Simonis filii Comitis ſunt de propriis feudis milites 77. &c.* Hoc loco Comes Simon ἁπλῶς vocatur *filius Comitis*; unde cognomen *Conte*, *Conti*, & *del Conte*, ductum a titulo patris. *Nicolaus Comeſtabulus Troiae tenet Phutum 1. mil.* Hinc cognomen *Conteſtabili*, vel *Coneſtabili*. A titulo *Patritii* enatum cognomen *Patrizio*, *Patrizj*. A titulo *Comitis* cognomen *Conte*, *Conti*, *del Conte*. A titulo Ducis cognomen *Duca*, *del Duca*, *del Duce*. A titulo Principis cognomen *Principe*, *del Prencipe*. A titulo *Marchionis* cognomen *Marcheſe*, *del Marcheſe*, *Marcheſano*. Ab officio *Seneſcalci* cognomen *Siniſcalchi*, *Seneſcalco*, *Seneſcallo*. Ab officio *Admirati* cognomen *Ammirato*. Eodem modo de ceteris cognominibus ex hoc capite deſcendentibus ſentiendum eſt.

COGNOMINA A NOMINE PATRIAE PETITA.

Antequam uſus cognominum gentilitiorum introduceretur, nonnulli nomine patriae diſtingui ſolebant, quod poſtea

Digitized by Google

quod eſt feudum II. militum, & Biſacium, et Montem Nigrum, quod eſt feudum II. militum,

---

poſtea pro cognomine in eorum familia perpetuo manſit. Hinc Leo Chronici Caſinenſis auctor *Marſicanus* a patria cognominatus eſt. Eodem nomine patriae ſe diſtinxerunt *Falco Beneventanus*, *Romualdus Salernitanus*, *Goffridus Malaterra*, *Alexander Teleſinus*, aliique ſcriptores, qui ſub Nortmannis floruerunt. A patria tot cognomina ſumpta ſunt, quae nomina ſunt civitatum, aut pagorum, veluti *dell' Aquila*, *d' Arena*, *Ariano*, *Auletta*, *Belmonte*, *Belvedere*, *Capaccio*, *Caramanico*, *del Carretto*, *Caſtelli*, *de Curtis*, *Curte*, & *Corte*, *Gaeta*, *Gravina*, *Lombardo*, *Macedonio*, *Maiello*, *Montalto*, *Monteſuſcoli*, *Padoano*, *Potenza*, *Provenzale*, *Rapolla &c.* In noſtro albo legitur: *Iordanus de Neapoli tenet in Andria feudum 1. mil. Landulfus de Salerno tenet villanos 15. Ioannes de Avellino tenet in Caſtellaneto dimidium feudum mil.* En cognomina *di Napoli*, *Salerno* & *Salernitano*, *d' Avellino*, a patriae nomine orta.

COGNOMINA A SVPRANOMINE ALIQVO PETITA.

Supranomen eſt quod nomini proprio additur ad ſimilium nominum diſcrimen, quodque a bona vel mala animi corporiſve qualitate, vel ab aliqua actione, aut caſu fortuito deſumptum eſt. Inducto apud nos uſu cognominum, multae familiae retinuerunt pro cognomine perpetuo ſupranomen alicuius maioris ſui. Iudicatum an. 969. in Addit. ad Chron. Caſaurienſ. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 958.: *Et querelati ſunt ſuper Walteri, qui ſupernomen vocatur Aczo*. Placitum an. 1014. ex Chartul. Farſenſi apud Mabillon. tom. 4. Annal. Bened. p. 706. col. 1.: *Benedictus, qui ſupernomen Bucca-pecu vocatur*. In diplomate Sergii & Ioannis Ducum Neap. an. 1033. apud Chioccarell. in Epiſcop. Neap. in Ioanne legitur: *Nos Sergius & Ioannes &c. tibi Anna venerabilis monacha filia q. Ioannis, qui vocatur Varvoccia &c.* (unde cognomen *Barbucio*). In Charta donationis an. 1212. factae presbyteris Salernitanis apud Ughell. tom. 7. In Archiep. Salernit. n. 13.: *Ante nos Matthaeum Iudicem*

tum, et Portellas, quod eſt feudum II. militum.

1378. Dominus Pandulphus de Aquino tenet Ro-

---

*cem venit Ioannes, qui dicitur Surizillus, Sacerdos & Cardinalis huius Salernitanae eccleſiae*. In Catalogo noſtro legitur: *Robertus Pane & Vinum tenet in Andria feud. I. mil.* En ſupernomen, quod primum fuit perſonale, poſtea cognomen gentilitium evaſit *Panevino*, abiitque tandem in *Panvinio*. Multa cognomina gentilitia initio perſonalia ſupranomina fuiſſe videntur, ut *Bellohuomo*, *Boccapianola*, *Roccatorta*, *Buonocore*, *Buoncompagno*, *Cacapece* (poſtea *Capece*), *Caccialupo*, *Gambacorta*, *Malateſta*, *Mezzacapo*, *Panſa*, *Panſuto*, *Pappacoda*, *Pappalardo*, *Quattromani*, *Sgambato*, *Vinciguerra &c.* Certum autem eſt, olim pro nominibus propriis adhibita fuiſſe multa, quae nunc ſupranomina videntur. In Indulto Ioannae I. an. 1380. apud Summont. *lib. IV. hiſt. Neap. c.* 4. leguntur inter alios: *Saccomanus Brancatius*, *Frangalanza de Duca*, *Sanguiſuca de Ligorio*, *Spatinſaccia de Conſtantio*, *Naſottam Malfitanum*, *Buccaficca Macedonus*. In bulla Sergii III. Archiepiſcopi Neap. an. 1177. data ad Benincaſam Abbatem Monaſterii Cavenſ. apud Chioccarell. in Antiſt. Neap. in Sergio III.: *Chariſſime frater Benincaſa &c.* In catalogo feudatariorum iuſſu Caroli I. Andegav. an. 1275. confecto apud Borrell. *Vindic. Neap. nobil. in fine* legitur: *Buonuſincontrus Caſatinus*. In Charta an. 1267. apud Ughellum *tom.* 1. *in Epiſcop. Teram.* legitur. *Ego Vinciguerra de Hereto &c.* Haec olim nomina propria fuere, quae in cognomina abierunt, *Benincaſa*, *Buonincontro*, *Vinciguerra &c.*

COGNOMINA A NOMINE FEVDI PETITA.

Quum feuda & cognomina gentilitia apud nos eodem fere tempore prodierint, complures barones ſe ſe diſtinxerunt nomine feudi ſui, idque deſcendentibus tranſmiſerunt. In noſtro Catalogo paſſim legitur: *Robertus de Beneth dixit, quod demanium ſuum eſt Beneth, quod eſt feud.* 5. *mil.* A feudo igitur Robertus cognominatur *Beneth*. Item *Comes Gilbertus de Gravina, demanium ſuum Gravina eſt feudum mil.* 8. *Rogerius de Caivano tenet a prae-*

Rotellum, quod eſt feudum I. militis et dimidij.

1379. Dominus Actenulphus de Stipitis tenet Benafrum, quod eſt III. partes militis.

1380. Dominus Conradus de Stipitis tenet Caſalſanum, et Ficarolam, et Sanctum Heliam, quod eſt feudum I. militis et dimidij.

1381. Thomas de Stipites tenet Teronem, quod eſt feudum trium partium militis.

1382. Dominus Geruaſius filius Maynerii tenet

*praedicto Comite Caivanum &c. Alexander de Petra tenet in Petra dimidium feudum mil. Guirniſius de Guardia tenet in Guardia feud.* 1. *mil. Vmbertus de S. Angelo tenet S. Angelum*. His locis a feudis ducta ſunt cognomina *Gravina*, *Caivano*, *Petra*, *della Guardia*, & *Santangeli*. *Alfenus Gambateſius tenet Gambateſam feud.* 1. *mil.: Lucas de Quatrano tenet Quatranum feud.* 1. *mil. Roffridus Montis Nigri tenet dimidium feudum mil. in Monte Nigro. Gerardus de Graecia tenet Graeciam feud.* 3. *mil. Raho de Montorio tenet de Montorio feud.* 2. *mil. Guilelmus filius de S. Severino demanium eius de S. Severino eſt feud.* 8. *mil. Comes Raynaldus de Celano tenet Celanum in Marſi feud.* 12. *mil. Rogerius de Aquaviva tenet Aquamvivam in Penne*. En cognomina a feudis arceſſita *Gambateſa*, *Quatrari* & *Quartari*, *Montenegri*, *Greco*, vel *Greca*, *Montorio*, *Sanſeverino*, *Celano*, & *Acquaviva*. *Filii Guaſmundi de S.Cruce tenent mediam S.Crucem. Benedictus de Vipera tenet Viperam* 1. *mil. Dominus Elias de Ripa tenet Ripam* 1. *mil. Raynaldus Molini tenet in Balba Molinum feudum* 1. *mil. Raynaldus de Ponte tenet in Marſico Pontem* 3. *mil. Bonaventura de Tallacozzo tenet a Rege Tallacozzum* 4. *mil. Bonushomo de Rocca Berardi tenet mediam* R*occam dimidii mil. Todinus de Celle tenet in Garzoli Celle* 4. *mil.* Hinc origo cognominum *Santacroce*, *della Vipera*, *Ripa*, *Molino*, *Ponte* & *de Ponte*, *Tagliacozzo*, *della Rocca*, *Cella* & *Celli*.

Digitized by Google

net Ciuitellam, et Montem Longum, quod eſt feudum I. militis.

1383. Dominus Robertus de Sancto Vito tenet Sanctum Vitum de Ficarola à Domino Conrado, quod eſt quarta pars militis.

1384. Dominus Tranſmundus de Montealto tenet Sanctum Iulianum, quod eſt feudum I. militis.

1385. Dominus Guillelmus de Anglono tenet Loritum, quod eſt feudum I. militis.

1386. Dominus Gualterius Gentilis tenet Macclas, quod eſt feudum I. militis.

1387. Dominus Guidus de Guaſto tenet Petracatellam, et Monachileonem, et Portaram in demanio, quæ ſunt feuda III. et tenet Ceſternam, et Podolarium inhabitabilia, quæ ſunt feuda II.

1388. Dominus Geruaſius de Catellis tenet Catellam cum Caſalibus ſuis à Domino Guidone de Guaſto, quod eſt feudum I. militis.

1389. Guillelmus de Peſclo tenet Peſclum, et Cantalupum à Domino Guidone de Guaſto, quod eſt feudum I. militis.

1390. Filij Domini Matthæi de Sancto Agapito tenent Ciuitellam de Celidonia, et Sanctum Felicem in Pic. quod eſt feudum I. militis.

1391. Dominus Riccardus Filij Moncij, et Robertus de Fogia tenent Tibiczam, quod eſt feudum I. militis.

1392. Robertus de Ripa tenet medium Quadranum à Domino Riccardo de Buſſo, quod eſt medium feudum.

1393. Dominus Ticleſus tenet Coſſianum,

quod eſt feudum I. militis, & tenet medium Quadranum à Riccardo de Buxo, quod eſt medium feudum.

1394. Dominus Tholomæus de Caſtellione tenet mediam Sanctam Crucem, & Morconem, & mediam Caſaluaticam, quod eſt feudum I. militis.

1395. Filij Guaſmundi de Sanctacruce tenent mediam Sanctam Crucem, & medietatem Caſaluaticæ, quod eſt feudum I. militis.

1396. Henricus, & Gualterius de Sanctoangelo de Badianoſa tenent Sanctum Angelum, quod eſt tres partes feudi.

1397. Filij Rahonis de Caſtello Pagano tenent Caſtellum Paganum, quod eſt feudum I. militis.

1398. Dominus Nebolonus de Ponte tenet Quercum Maiorem, quod eſt feudum I. militis.

1399. Benedictus de Vipera tenet Viperam à Domino Nebolone de Ponte, quod eſt feudum I. militis.

1400. Guillelmus de Forcellata tenet Forcellatam, & Cluſanum, quæ ſunt feuda II. militum.

1401. Pinabellus tenet Caſtellum, quod eſt feudum I. militis.

1402. Dominus Malgerius de Marchia tenet Caſaluanum, & Macclam Sarracenam, & Sanctum Petrum Collectanum, quæ ſunt feuda I. militis.

1403. Dominus Nicolaus Drago tenet Fuganum, quod eſt feudum I. militis.

1404. Guillelmus Treſelonus tenet Treſcelonum,

num, quod eſt feudum I. militis, & inhabitabile.

1405. Hugo de Maſtrali tenet Baſilicam, quod eſt feudum I. militis.

1406. Paganus de Maſtrali tenet Montem Saracenum, quod eſt feudum I. militis.

1407. Dominus Gimundus de Moliſio tenet Caſtellum Vetus, quod eſt feudum I. militis.

1408. Dominus Elias de Ripa tenet Ripam, quod eſt feudum I. militis, & Caſtrum Magnum, quod eſt medium feudum.

1409. Dominus Gualterius de Bicoaro tenet Celentiam, quod eſt feudum I. militis.

1410. Dominus Robertus de Buſſo tenet Cell. quod eſt feudum I. militis.

1411. Riccardus de Buſſo tenet Puczanum, & Sanctum Iohannem Maiorem quod eſt feudum I. militis, & Montem Acutum, & Gualdum de Sac. quod eſt feudum I. militis, & quarti.

1412. Rogerius de Pededemonte tenet Gambatiſſam inhabitatam à Riccardo de Buſſo, quod eſt feudum I. militis.

1413. Dominus Riccardus Mathianus tenet Tufariam, & Montem Rotarum, quæ ſunt feuda II. militum.

1414. Dominus Rogerius de Pariſio tenet Caſtellucium de Sclauis, quæ ſunt feuda II. militum, & tenet Petram Montis Coruini, quod eſt feudum I. militis.

1415. Nicolaus Comeſtabulus Troiæ (*a*) tenet Phu-



(a) De Comeſtabulis civitatum diximus ſupra not. (b) p. 57. & not. (p) pag. 70.

Phutum, quod eſt feudum I. militis.

1416. Dominus Amerius S. Martini tenet Sanctum Martinum, quod eſt feudum II. militum.

1417. Dominus Iohannes tenet Campum Marinum, quod eſt feudum I. militis, & dimidij.

1418. Dominus Raynaldus de Porcelletto tenet Guillonifium, quod eſt feudum II. militum.

1419. Dominus Hugo de Porcelletto tenet Geldonem, quod eſt feudum I. militis.

1420. Domina Salomæa de Petrafiϲta tenet Petram Fictam, & Sanctum Cyprianum, quæ ſunt feuda.

1421. Dominus Henricus de Caurata tenet Cantiam, quod eſt feudum.

1422. Magiſter Henricus tenet Sanctum Nicandrum, & Deuiam, quæ ſunt feuda II. militum.

1423. Domina Comitiſſa Caſertæ tenet Eſclitellum, quod eſt feudum I. militis.

1424. Domina Riccarda tenet Rhodum, quod eſt feudum I. militis.

1425. Dominus Guido de Gibelletto tenet Veſta, & Bairanum, quæ ſunt feuda.

1426. Dominus Theobaldus Franciſcus tenet Canianum, quod eſt feudum II. militum.

1427. Dominus Guglielmus de Syponto tenet Candelarium, quod eſt feudum I. militis.

*Hij ſunt Prælati Feudatarij Iuſtitiariatus Capitinatæ, & Principatus.*

1428. ABbas S. Helenæ tenet Montem Caluum, quod eſt feudum I. militis.

1429.

1429. Epiſcopus Dragonarienſis tenet Plantilianum, quod eſt medium feudum.

1430. Abbas S. Iohannis in Plano tenet S. Triphonem, quod eſt medium feudum, & eſt inhabitatum.

1431. Monaſterium S. Angeli de Ciuitate tenet S. Antonium, quod eſt feudum I. militis, & eſt inhabitatum.

1432. Epiſcopus Ciuitatis tenet S. Laurentium, quod eſt medium feudum.

1433. Electus Troianus tenet Sanctum Laurentium, quod eſt feudum.

1434. Abbas Venuſij tenet Cornetum, quod eſt feudum.

1435. Abbas S. Iohannis in Lama tenet S. Marcum, quod eſt feudum, & Faczolum, quod eſt feudum I. militis.

1436. Monaſterium Terræ Maioris tenet Riciam, quod eſt feudum I. militis, & tenet Roganum, & Caſale Terræ Maioris, S. Iuſtam, & S. Mariam in Arco, quæ ſunt feuda.

1437. Epiſcopus Larinenſis tenet Vrorem, & Lilicem, quæ ſunt feuda.

1438. Abbas Calanæ tenet Montem Nigrum, quod eſt feudum.

1439. Archiepiſcopus Montis S.Angeli tenet Cannetum, quod eſt feudum.

1440. Monaſterium Cauæ tenet S.Stephanum, & S. Petrum de Caluiola, quæ ſunt feuda.

1441. Monaſterium S.Iohannis de Gualdo tenet S. Angelum de Vico, quod eſt feudum I. militis.

1442. Alarinum cum honore ſuo ſunt feuda

VII.

VII. Vide. In primis Corpus Alarini eſt feudum III. militum. Montorium eſt feudum VIII. militum.

1443. Ripitella eſt feudum I. militis. Foſſarace eſt feudum I. militis, & Ruſſa eſt feudum I. militis. Particulare, & Vniuerſale eſt feudum I. militis.

**FINIS.**

AD.

Digitized by Google

# ADDENDA.

Ad n. 380. p. 130. adde not. (*x*).
Ad n. 583. p. 161. adde not. (*xx*).
Ad n. 1112. p. 256. adde not. (*xxx*).

---

(x) Ex noſtro catalogo colligitur, ſub Nortmannis feudatarios Regni merum & miſtum imperium in homines feudi haud habuiſſe, puta ius non ſolum modicae coërcitionis, quod cuiuſque magiſtratus iuriſdictioni adhaeret, verum etiam gladii, & graviores poenas infligendi facinoroſis, quod ſummae poteſtatis proprium eſt; ſed dumtaxat a *Iuſtitiariis* exercitum fuiſſe, qui a iuſtitia, quae iure dicundo, & maleficiis puniendis exercetur, nomen tulerunt. Initio Iuſtitiarii uni Regi ſuberant. Inde Magna Curia a Gulielmo I. inſtituta, & Magiſtro Iuſtitiario eidem tribunali praepoſito ſubiecti fuerunt, quatenus ab eorum ſententiis ad ſummum hunc magiſtratum appellare licebat, eiuſque cognitioni quaedam maiores cauſſae vel in primo iudicio reſervatae ſunt. Quare cum Rex alicui baroni, vel civitati, pro merito aliquo merum miſtumque imperium donare volebat, ipſum baronem, vel civitatis magiſtratum *Iuſtitiarium* creabat. Sub Aragonenſibus demum merum & miſtum imperium baronibus concedi coepit in incolas feudi, eoque res venit, ut iiſdem iure quaſi dominii, ſeu praedii competere dicatur. Conſ. noſtra Elementa *iur. feudal. lib. II. cap.* 14.

(xx) Galeae ſcriptoribus infimae Latinitatis dictae ſunt leves ac veloces naves, quas Romani *liburnas* appellarunt. Hinc *naves longae*, & *naves ruſtratae* dicuntur Will. Tyrio *lib. XX. cap.* 14. & *lib. X. cap.* 28. atque *liburnae* Ottoni Friſingenſi *de geſt. Frider. lib. I. cap.* 33. Hoc ſenſu *galeas* commemorant Malaterra *lib. IV. cap.* 35. Falcandus *pag.* 646. Petrus de Vineis *lib. I. ep.* 8. 9. & *lib. III. ep.* 67. aliique paſſim ſcriptores: Cave itaque putes, galeas illorum temporum eaſdem fuiſſe ac triremes Romanas, aut *galeas*, ſeu *galeras* aevi noſtri.

(xxx) *Marcha*, *Marca*, *Marchia*, terminus, limes, ſeu

fines

fines cuiuſque regionis. In Capitulari Radelchiſi Principis Benevent. apud Peregrin. *hiſt. Princip. Longob. T. 3. p. 218.* legitur: *Et ſi poſt ſacramentum pacis fugerint* (ſervi) *de terra veſtra in vicinas marchas*. Conf. Cangium in *Gloſſar. med. & infim. Latinit. v. marcha*.

ANT 1318915

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google